





567

9258

313.

Hoc volumine continentur.

Nebricensis, cont. Castigationes in libello minore.

Cato, libellus de praeceptis vite communis.

Dicta sapientium.

Mimi Publiliani

Christiani Glomii Institutionum, Erasmi Rotter-

Podulphi Agricola, Joanni imperatori epist.

Procrati ad Demonicum Paracensis.

Erasmi studiosi epistola

Thom. Contemptus mundi

Joannis Sulpi. Crulani Doctrina mentis.

Itiner. Florus. (Poema morale)

Quingue claves sapientiae.

Quingue moderationum magistri erga discipulos.

Esopi fabulae

Dr. Francisco Lopez, Sereno doctor, en loor de Nuestra Señora.



# CATONIS

DISTICHA MORALIA

Annotationibus quibus  
dam Antonij Ne  
briffensis illu  
strata.

Dicta Sapientum.

Mimi Publani.

Isocratis Parenæsis.

Christiani Militis institutum

Per Erasmi Roterodamum. *Auctorem  
damnatum.*

ANNO. M. D. LIII.

Imperiali cum privilegio.



AD PERQVAM REVERENDVM  
Patrem ac clementissimum Dñm. D. Iohannem Fon'ecam Ar  
chiepiscopum Rosanen. ac perinde Episcopu Burgen. Aeli  
Antonij Nebriffensis Historiographi Regij castigationes q̄  
dam in libellos quos appellant minores, Foelicitèr incipiuntur.



Ide. quam sim laboris minime recusans Pater  
clamentissime; vt qui professis diebus profes  
sione duplici Salmaticen. academiæ sim distra  
ctus: qui ferias omnes ad scribendas Principu  
nostrorum res gestas cōsecrarim: Admonitus  
tamen ab Arnaldo Guillelmo typicę artis egre  
gio artifice. vt libellos quosdam. in quibus post artis gram  
maticæ prima erudimenta consueuerunt pueri ad latinas literas  
initiari. castigarem. castigatoq; officinę suę chalcographis im  
primendos traderem: nihil mihi indulli. quin homini præclare  
de me merito & amplitudinis tuæ clienti obseruantissimo mo  
rem gererem. Itaq; successiuis quibusdam horis. quas otio meo  
reseruauerā. percurrit opuscula illa: quę diu fuerāt. vel librario  
rū negligētia. vel potius præceptorum ignorantia deprauata.  
Dispunxi. quę redūdabāt. induxi: quę defuerāt. restitui in suū  
ordinem. quę fuerant inuersa. Deniq; omnes clausulas per cō  
mata & cola ecclesiastico more distinxī. Sed dices tu fortasse  
Pater amplissime. Quid attinet ad me tuus iste labor: Quod  
ad eruditionem tuam spectat: nihil profecto: Quod ad sacrifi  
culos sacerdotesq; tuos: quorum innumere multitudini præ  
sides. quibus per te consultum esse oportet. q̄ plurimum. An  
non ad summum sacerdotem pertineat discernere. qui libri. &  
quales. & a quibus: & quomodo sint legendi: Sed his de rebus  
alias sum pluribus cum amplitudine tua cōmētatus. atq; sīde  
deris tempus locumq; pluribus agam. Nunc ad rem descen  
do. Libellus. qui sub inscriptione Catonis. vel sub incerti auto  
ris titulo inter puerorum man<sup>9</sup> vulgō circumfertur: cuiuscun  
q; tandem is sit. continet profecto materiam religiosam: & quę  
ad componendos etatis illius mores plurimum conducatur. cō  
statq; satis venusto: neq; cōtēnendo generis versu. Atq; vniū  
quemadmodum hoc opus grāmaticorum omnium consensu

quodam incredibili passim receptum: vt prima literarum erudimenta intrantibus ab eo enarrandi exordiū tradant: ita oēs cōiurarent in excidium perniciemq; illi<sup>9</sup>, quod insequitur operis sub honesto & magna pollicenti indice: de cōtemptu mundi. Nam Floretus, & Quint<sup>9</sup> clauus, & Mensæ doctrina: & huiusmodi literarum quisquilię, non modo legendas, sed si forte in manus inciderint: lacerandas, aut igni subiiciendas, aut in myropolia, vnde cuculi fiant, mittendas censeo. Magistrat<sup>9</sup> tulsq; nostros demor: cū in scholarum structuris, diligendaq; materia & architectis, ceterisq; opificibus tam sint diligentes: in eo, quo potissimum res literaria constat: carodæo quodā somno indormiant: vt neq; quid legendum, neq; quid abigendū sit ab scholis curēt: sinantq; professorum arbitrio: vt pro libidine stulticiam suam perdoceant. Subitq; animum meum frequenter quedam puerorum nostrorum commiseratio: qui tēpora sua coguntur insumere in illis operibus: que non modo non ediscenda, sed fugienda execrandaq; sunt. Pudet me exterarum gentium: non dico nunc Italorum: qui iure sibi vindicantur: vt soli honorum artium cultores habeantur: sed Galorum, Germanorū, Saxonum, Dalmatarum: qui nos iā hoc nomine subānant: ludibrioq; habent: quod has nugas inter nos versari patiamur. neq; id tantum in vicis, castellis, municipijs: sed in vrbibus quoq; & in media luce pulcherrimi huius nostri gymnasij: in quo ignauissimus quisq; audet palam deliramenta sua, vel ab alijs accepta, p̄fiteri. Quin potius si qd̄ literarum portētum vsquam cōcipitur: hic parturitur, hic ḡditur, hic educat̄. Sed hæc alio in loco deplorabūtur cōmodius. nūc ad Catonē redeamus. Sūt in libello illo cōplura, q̄ propter antiquitatē ignorantia perperā a præceptoribus enarrari cōsueverunt. Quale est distichon illud in quo pleriq; omnes herent. Rem tibi quam noscis aptam dimittere noli: Fronte capillata post hæc Occasio calua.

Omitto nūc enarratorū insomnia: quib<sup>9</sup> seiplos in cœlicesq; discipulos torquēt: q̄q; sint friuola, inania, neq; satis coherētia: ex sequētib<sup>9</sup> aparebit. Sed p̄ huius distichi expositionē aduertēdū: qd̄ apud græcos fingebat̄ deus q̄ vocaret̄ Ceros: efferrebat̄urq; puer in prima ætatis pubertate: vnde dicta est eueria: quā

Cicero in quarto de finibus interpretatur opportunitatē: hanc  
Aufonius poeta Burdegalēsis occasiōē lexu muliebri vocat:  
de qua exiat illius epigrāma luculētum: qđ libuit hoc in loco  
apponere, qm̄ ex eo aperitissime liquet distichi nostri sensus,  
Cuius opus: Phidię: qui signum palados eius,

Quę iū louem fecit, tertia palma ego sum,  
Sum dea, quę rara, ac paucis Occasio nota.

Quid rotulę insistsis: stare loco nequeo.

Quid talaria habes: volucris sum. Mercurius quę

Fortunare solet: trado ego cum volui.

Crine regis faciem: agnosci nolo, sed heus tu

Oecipiti caluo es: ne tenear fugiens.

Quę tibi iuncta comes: dicat tibi, dic rogo, quę sis:

Sum dea: cui nomen nec Cicero ipse dedit,

Sum dea, quę facti, non factiq; exigo pœnas,

Nempe vt pœnitear: sic Metanœa vocor.

Tu modo dic: quid agat tecum: si quando volauit,

Hęc manet: hanc retinent: quos ego præterij.

Tu quoq; dum rogitas, dum percontando moraris,

Blāpsam dices me tibi de manibus.

Cuius epigrāmatis sensus hic est. Erat occasiōis simulacrū in

media via ex ere, siue ex alia materia ex p̄ssum: qđ intues quis

piam ex prætereuntibus: quęrit ab eodem. Cui<sup>9</sup> opus es: id est,

quis artifex effinxit te? Cui simulacrū respondet: Phidię. sub

audi. sum opus. Qui fecit signū, id est, statuā. vnde sigillū par-

ua statua. & sigillaria locus Romę vbi statuę vēdebant Palla-

dos, mineruę: & ei<sup>9</sup> phidię, qui fecit louē. Plinius libro. xxxiij.

Phidias præter louem olympiū, quē nemo emulatur: fecit ex

ebore. Mineruā athenis. Tertia palma ego sum. i. tertiū opus

quo Phidias de ceteris opificibus victoriā cum laudere porta

uit. Quę rara & paucis nota, quia rerum gerendarum oppor

tunitas & occasio raro contingit: & a q̄ paucissimis cognoscit.

Quid rotulę insistsis: innitebatur occasio summis pedum digi

tis rotulę. hoc est, pileę. quia figura nulla est ad motum aptior.

Itaq; petit viator cur tā lubrico loco pedum digitos fixerit: ad

quod occasio respondit: se nunq̄ aliquo in loco perstare diu cō

sueuisse. Quid talaria habes: erant talaria alę: quas Mercurius



legationem aliquam deorum obiturus pedibus aptabat: quo-  
 citus mandata volās perageret. Vergilius. i. iij. eneidos ac pri-  
 mum pedibus talaria nectit aurea. Itaq; viator querit cur in pe-  
 dibus alas habeat. Cui occasio respondet: quod est volucris; ci-  
 toq; pertransiens. Mercurius q; aliud quoq; dicit se habere qd  
 est tibi cum mercurio commune, idq; est, qd potest cui volit da-  
 re lucrum: vnde & mercatorum peculiaris deus est Mercurius:  
 atq; (vt Plautus inq; in Amphitryone) mercimonijs emūdis vē Plautus.  
 dundisq; præest: quæ solet fortunare, i. per fortunam prosperā  
 dare. Persius. Mercuriūq; accersis fibrada fortunare penates, i. Persius.  
 fortunatos esse. Trado ego cum volui: quia re vera omne mer-  
 catorum negocium occasione atq; oportunitate constat: ex q  
 bus lucrum, aut dānum sequitur. Crine tegis faciem? subaudi  
 cur. nā interrogat cur frontem crinibus obumbret. Ad quod  
 occasio respōdet: quod id facit, ne agnoscat. quia vt supra dixit,  
 paucis nota est. Occipite caluo es: subintelligendū quoq; cur.  
 Interrogat enim cur habeat occiput. i. partem capitis postero-  
 rem de caluatam, vbi solent esse copiosi crines: cū p̄sertim illos  
 habeat p̄pensionē in fronte que cōsuevit esse nuda: ad qd occa-  
 sio respondet, ne cū fugiā, quia officiū meū est, nūq; eodem in lo-  
 co p̄manere: ne ijs a qbus fugio relinquā ansas: ex qbus possint  
 me cōprehēdere, atq; subinder etinere. Que tibi iūcta comes? &  
 vbi occasiois imago erat: apponebat & signū pœnitentię q̄ gre-  
 ce dicit metanœa. Interrogat itaq; curiosus ille viator: q̄ sit ille  
 q̄ accedit occasioni q̄ si comes. Ad qd occasio r̄ndet. a comite sua  
 potius q̄ ad se id q̄ri debere: vnde subdit. Dicat tibi, i. pete ab illa  
 & dicat tibi qd a me petis. Dic rogo q̄ sis: viator & de noie & de  
 officio q̄rit: ad qd vtrūq; metanœa r̄ndet. Sū dea nā hæc oia que  
 mortalibus cōtingunt ab antiquis illis grecis & latinis pronumi-  
 nibus celebrā. cui Cicero. nescio an vpiā Cicero pœnitentię vta-  
 noie. Que facti & nō facti. q̄a pœnitentia sequit̄ ex vtroq; vel  
 qd nō intellecta tēporis oportūitate aliquid fecimus: vel facere  
 omisimus. Exigo pœnas. i. punio vtroscq; qui aduersa occasione  
 aliquid fecerūt, aut nō fecerūt. Nēpe vt pœniteat. i. quia illos fe-  
 cisse aut non fecisse pœnitet: in hoc punio illos, & sic vocor me-  
 tanœa, qd (vt diximus) interpretatur pœnitentiā; a metanœo: qd  
 est pœnitēo; si latine sic dici posset. Tu mō dic quid agat tecum?

a iij

quæritur rursus ab occasione viator: quæ societas aut cõmunicatio  
possit esse inter deas tam dispares: vt altera iuxta alteram ponatur.  
Ad quod occasio respondet. si quando volauit quia dixerat  
supra, quod habebat talia: & quærat volucris: Hæc manet, ad  
puniendũ scilicet, eos qui non sunt vs: scilicet occasione: vnde  
lequitur, hæc retinent: scilicet poenitentia facti & nõ facti. Quos  
ego pterri. i. reliqui: & quibus non fui propitia. Tu quoq; perdis  
aliquid, quod eras factururus, fortasse occasionem amittes. quando de in  
de poenitentia sequatur, dices me elapsam esse manibus? i. fugisse  
te, vt non faceres, quod potuisses suo tempore atq; oportune fieri,  
Iã pfecto intelligis o lector in quo sentu accipiendum sit, quod  
pseudo Cato dicit. Rẽ tibi quã noscis aptã. i. esse tibi a cõmodã &  
vtilẽ. noli dimittere. i. statim arripere. ne occasio elabatur. & sub  
dit, quia occasio est capillata frõre. i. quod Ausonius dixit. Crine te  
gis facie, vt scilicet a paucis agnoscat, & post hæc. i. in parte po  
steriori, hoc est occipitio, est calua, hoc est ne ex crinibus comp  
hendi possit, cũ effugit semel. Confer nunc obsecro cũ superior  
ibus nugas, quas ista blacterãt, & tenebras, quibus inuoluũt ea,  
quæ sunt clara & ipsa luce splendidiora. Sed neq; soli grammatici  
in hac parte peccãt, sed etiã seuerioris discipline pfectores in erro  
re pari versant, imo fortasse maiori quãto maius accipit detri  
mentũ ex ignoratione rerũ quæ verborũ. vt quod in ipso statim p  
remio Aphorismorũ Hipocratis legitur. Vita breuis, ars lon  
ga, tempus acutũ. sic enim perperã verũt interpret, p eo quod  
esse debuit occasio precepti. Nam quid ineptius dici potuit, quã te  
pus acutum afferre aliquid difficultatis medicinẽ studioso Atq;  
Theodorũ gaza, & Laurentius Laurentianus sic verterũt oc  
cassio pcepti, quoniã oportunitas dãde potionis, capiendi cibi,  
detrahẽdi sanguinis breui momento pterlabitur, neq; facili co  
gnosci potest, & de occasione satis.

Si deus est animus.

**I**N eiusdem operis limine distichon illud positum vulgo non  
exponitur recte neq; ex mente auctoris. Si, hic non dubitantis  
est, sed ratione inãtis. Cũ dicũt, quod deus est animus quomõ &  
Platonici dicũt deũ esse mũdi animã, aut quomodo literę sacre  
dicũt, quod deus est spũs. Sed eduxerõ potius, quod animus nõ est de

us. hoc est diuinus, siue ut quidam dixerunt, quod dei portio. Est autem  
 huius carminis sensus ex sexto Ciceronis libro de republica ad Cicero  
 verbum deliniatus. Vbi Paulus emilius in sonis Scipionem aphri  
 canum minore his verbis alloquitur, sic habeto te non esse mortalem,  
 sed corpus hoc: neque enim tu is es; quae forma ista declarat, sed  
 mens cuiusque est quisque, non ea figura: quae digito monstrari pos-  
 test. Deum te igitur scito esse: si quidem est deus, qui viget, qui sen-  
 tit, qui meminit, qui prouidet. Et post multa, quae de animi im-  
 mortalitate scribit; sic subiungitur, hunc tu exerce optimis in  
 rebus: quod tantum valet; quantum id quod Cato noster dixit. Hic tibi pro-  
 cipue sit pura mente colendus, id est exercendus, sic terra dicitur  
 coli & artes omnes. Exercendus itaque & colendus animus est  
 virtutum studio, quae citra laborem acquiri non possunt. iuxta illud  
 Hesiodi. Sudorem posuere dei virtutis ad arcam, unde statim seq-  
 tur. Plus vigila sepe &c. Quod vero interponendo dixit, no-  
 bis ut carmina dicunt, pleni sunt huius sententiae poetarum libri.  
 Vergilius. Igneus est animis vigor & caelestis origo, et Ouidius.  
 Est deus in nobis, & illud eiusdem. Sunt quidam, qui nos numen  
 habere putant, et, et Iuuenalis. sensum a caelesti dimissum traxi-  
 mus arce, Et illud Arati poetae: quod Paulus apostolus citat dispu-  
 tans in Arepago, nos inquit genus dei sumus: quae admodum qui-  
 dam vestrorum poetarum dixerunt. Esse autem Aratum, quod illud  
 hemistichio scripsit; diuus Hieronymus testatur. Vergilius  
Ouidius  
Iuena.  
Aratus.  
Paulus.  
Hierony.

Leges cupiunt ut iure regantur. Aristote.  
 In distichio illo eiusdem operis.  
 Iudicis auxilium sub iniqua lege rogato.  
 Ipse etiam leges cupiunt: ut iure regantur.  
 Subest reconditus quidem sensus, nec tam vulgaris quam isti inter-  
 pretantur. Est autem huius celsi sententia, quod leges scriptae, quae  
 promulgantur ut vniuersum obseruentur, & eo nomine iustae  
 sunt: volunt quandoque corrigi a iure animato; hoc est a bono &  
 equo iudice; qui ab Aristotele episcopus dicitur, & ipsa equitas &  
 bonitas, quae episcopia vocatur, ab eodem & correctio legis dicitur  
 episcina ex equitate cum bonitate legem interpretari, non sequen-  
 do iuris rigorem; quod idem autor vocat acrobodicae, hoc est  
 ius districtum & asperum quod lex prima fronte percipere vi-  
 detur; sed quod legislator ipse qui legem tulit: si adesset utique  
a iij

conferet. Itaq; non simpliciter est idem equitas & bonitas, quod iusticia est; neq; id bonum & equum quo iustū; sed neq; sunt tam genera diuersa. Nam & equū & bonum quodāmodo ius

Terentius.

stū est; nō quidē scriptū; sed quemadmodū diximus ab animato iure inductū; Cum itaq; Terētius in adelphis scribit; nō necesse

Donatus.

habeo omnia pro meo iure agere; ius in priori illa significatio ne accipit. vbi Donatus. Ius (inquit) est quod omnia recta & inflexibilia exigit. Cum vero dicit auctor quod ipse leges cupiunt ut iure regantur; de emendatione legis intelligendum est. In quo etiam sensu accepit iuris consultus in titulo de iustitia & iure.

Ius (inquit) est ars boni & equi cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Neq; est aliud bonum & aliud equū qđ Accursiuseo in loco putat; sed quēadmodū natura coniuncta sunt; ita & a græcis vno appellatur nomine vtrūq; (hoc est) epijces; cui qđ apud latinos vnum non est inuentum; duo sunt excogitata; quæ illud representarēt; hoc est; (equū & bonum) quod est scriptū iuris (vt isti nunc loquuntur) quoddā temperamentum Nam a latinis summum ius appellatur; potius quam strictum aut rigidum; quod dicimus ab Aristotele vocari acribodicaum; Terentius in heautō, verum illud Chreme dicunt; ius summum sæpe

Terentius.

summa malicia est. Cicero in primo de officijs. Existunt etiam sæpe iniurię calumnia quadam & nimis callida iuris interpretatione; ex quo illud summum ius / summa iniuria factum est; iam tritum sermone prouerbium. Idem pro Cecina, non minus laborat Cecina ne summo iure egisse / qđ ne certum ius obtinuisse videatur. Columela in. i. de rusti. summum ius antiqui sumā crucem putabant. Vitium autem hoc; quod leges iure animato

Columela.

to corrigi debeant; non tam ipsius legis (ait) legislatoris. qđ ipsius materia natura cōtingit; quę ira est variabilis; vt nulla certa quadā ratione prouideri possit. Quod igitur deest legi iudicio boni & equi viri supplendum relinquitur.



# LIBELLVS

Qui inscribitur Cato de præceptis  
vitæ communis,



VM animaduertentem quã plurimos homines  
grauiter errare in via morũ succurrendum &  
consulẽdum opinioni eorũ fore existimaui; ma-  
xime vt gloriose uiuerent, & gloriam contige-  
rent. Nunc te fili charissime docebo, quo pacto  
mores tui animi cõponas. Igitur ita legito mea  
p̃cepta, vt intelligas. Legere eĩ, & nõ intelligere; negligere est.

Itaq; deo supplica.

Parentes ama.

Cognatos cole.

Datum serua.

Foro te para;

Cum bonis ambula.

Ad cõsiliũ ne accefferis, ante  
quam voceris.

Mundus esto;

Saluta libenter.

Cede maiori.

Mutuũ da.

Cui des videto.

Magistrũ metue.

Verecundiam serua.

Rem tuam custodi.

Diligentiam adhibe.

Familiam cura,

Coniũua raro,

Quod satis est dormi.

Coniugem ama.

Iusturandum serua.

Vino te tempera.

Pugna pro patria.

Nil temere credideris,

Meretricem fuge.

Liberos erudi,

Blanduse esto.

Ira scilicet ab re noli.

Neminem irriseris;

In iudiciũ adesto.

Existimacionem retine.

Iracundiam tempera.

Esto ad pretorium.

Disce literas.

Consultus esto.

Benefacito bonis.

Ne esto maledicus.

Virtute vttere.

Trocho lude.

Aleas fuge.

Tu te consule.

Nil temere credas.

Parentes patienter vince;

Minorem ne contempseris.

Nil arbitrio virum feceris.

Patere legem, quã ipse tuleris;

Beneficij accepti memor esto.

Miserum noli irridere.

Minime iudica.

Alienum noli concupiscere.

Illud stude agere quod rectũ est.

Amorem libenter ferto.

## DISTICHA CATONIS.

Ordo est.  
Anim⁹ nō  
est deus.  
carmina. i.  
poet⁹. hic  
scilicet ani-  
mus sit co-  
hendus.

**S**I deus est animus: nobis vt carmina dicunt:  
**H**ic tibi præcipue sit pura mente colendus.  
**P**lus vigila semper ne somno deditus esto,  
**N**am diuturna quies vitij's alimenta ministrat.  
**V**irtutem primam esse puto compescere linguam.  
**P**roximus ille deo est, qui scit ratione tacere,  
**S**perne repugnando tibi tu contrarius esse.

Dissidet. i.  
discordat.

**C**onuenit nulli, qui secum dissidet ipse.  
**S**i vitam inspicias hominum: si deniq; mores:  
**C**um culpent alios, ne mosine crimine viuūt.  
**Q**ue nocitura tenes (quamuis sint chara) relinque.  
**V**tilitas opibus præponi tempore debet.  
**C**onstans & lenis (vt res exoptulat) esto,

Tēporibus  
Quia sapiē-  
tise est muta-  
re constitu-  
tēporibusq;  
cedendum.

**T**emporibus mores sapiens sine crimine mutat.  
**N**il temere vxori de seruis crede querenti.  
**S**æpe etenim mulier: quem coniunx diligit / odit,  
**C**umq; mones aliquem: nec se vellet ipse moneri;  
**S**i tibi sit charus: noli desistere coëptis.  
**C**ontra verbosos noli contendere verbis.  
**S**ermo datur cunctis: animi sapientia paucis.  
**D**ilige sic alios: vt sis tibi charus amicus.

Nouus au-  
tor: scilicet  
ius nouitaz  
tis dissimi-  
lator.

**S**ic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.  
**R**umores fuge, ne incipias nouus autor haberi.  
**N**am nulli facuisse nocet: nocet esse loquutum.  
**R**em tibi promissam: certo promittere noli.  
**R**ara fides ideo: quia multi multa loquuntur.  
**C**um te aliquis laudat: iudex tuus esse memento.

officiū. be-  
neficiū.

**P**lus alijs de te: q̄ tu tibi, credere noli.  
**O**fficiū alterius: multis narrare memento.  
**A**trq; alijs cum tu benefeceris: ipse sileto.  
**M**ultorum cum facta senex & dicta recenses,  
**F**ac tibi succurrant: iuuenis que feceris ipse.  
**N**ecures si quis tacito sermone loquatur.  
**C**onscius ipse sibi: de se putat omnia dici.

LIBER SECVNDVS.

Cum fueris foelix: quæ sunt aduersa cauet.

Non eodem cursu respondent vltima primis,

Cum dubia & fragilis sit nobis vita tributa,

In mortem alterius spem tu tibi ponere noli.

Exiguum munus cum det tibi pauper amicus:

Accipito placide, & plene laudare memento,

Infantem nudum cum te natura creauit,

Paupertatis onus patienter ferre memento.

Ne timeas illam, quæ vitæ est vltima finis,

Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipsum,

Si tibi pro meritis nemo responderet amicus,

Inculcare deum noli: sed te ipse coerce,

Ne tibi quid desit: quæ sitis vitæ parce.

Atq; quod est, serues, semper tibi deesse putato.

Quod præstare potes: ne bis promiseris vlli,

Nel sis ventosus dum vis bonus ipse videri.

Qui simulat verbis: nec cor est fidus amicus,

Tu quoq; fac simile: sic ars deluditur arte.

Noli homines blando nimium sermone probare.

Fistula dulce canit: volucrem dum decipitrapeps.

Cum tibi sint naçi: nec opes; tunc artibus illos

Instrue, quo possint in opem defendere vitam,

Quod vile est carum: quod carum vile putato.

Sic tibi nec cupidus: nec avarus nosceris vlli.

Quæ culpæ soles: ea tu ne feceris ipse,

Turpe est deçtori: cum culpa redarguit ipsum,

Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum,

Nam stultum est petere, quod possit iure negari.

Ignotum tibi noli præponere notis,

Cognita iudicio constant, incognita casu,

Cum dubia incertis versetur vita periculis,

Pro lucro tibi pone diem quicumq; laboras.

Vincere cum possis, interdum cede sodali.

Obsequio quoniam dulces retinentur amici.

Ne dubites cum magna peras impendere per arua,

His etenim rebus coniungit gratia charos.

## LIBER QVARTVS.

Litem inferre caue: cum quo tibi gratia iuncta est.

Ira odium generat: concordia nutrit amorem.

Seruorum ob culpas cum te dolor vrget in iram;

Ipse tibi moderare; tuis vt parcere possis.

Quem superare potes interdum vince ferendo.

Maxima enim morum semper patientia virtus.

Conserua potius quæ sunt iam parua labore.

Cum labor in damno est: crescit mortalis egestas.

Dapsilis interdum notis charis & amicis.

Cum fueris foelix, semper tibi proximus esto.

## LIBER SECVNDVS.

**T**elluris si forte velis cognoscere cultus;

Vergilium legito, quod si mage nosse laboras.

Herbarum vires: Macer tibi carmine dicet,

Si romana cupis & punica noscere bella;

Lucanum quæras, qui Martis prælia dixit.

Si quid amare libet, vel discere amare legendo;

Nasonem petito. Sin autem cura tibi hæc est,

Vt sapiens viuas; audi, quæ discere possis:

Per quæ se motum vitis deducitur æuum.

Ergo ades; & quæ sit sapientia, discite legendo.

**S**i potes, ignotis etiam prodesse memento.

Vtilius regno, meritis acquire amicos.

Mittere arcana dei; cœlumq; inquirere quid sit:

Cum sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.

Linque mecum læthi; nam stultum est tempore in omni,

Dum mortem metuis; amittere gaudia vitæ.

Iratus de re incerta contendere noli.

Ira impedit animum, ne possis cernere verum.

Fac sumptum prope: cum res desiderat ipsa,

Dandum etenim aliquic est, cum tēpus postulat, aut res.

Quod nimium est fugito; paruo gaudere memento.

Tuta mage est pupis; modico quæ flumine fertur.

Quod pudeat socios prudens celare memento;

Ne plures culpent id, quod tibi displicet vni.

Nolo putes prauos homines peccata lucrari.



CATONIS. LIBER TERTIUS

- Temporibus peccata latent, & tempore patent.  
 Corporis exigui vires contemnete noli.  
 Consilio pollet, cui vim natura negavit.  
 Quem scieris non esse parem tibi, temporis cede.  
 Victorem a victo superari sepe videmus.  
 Aduersus notum noli contendere verbis.  
 Lis minimis verbis interdum maxima crescit.  
 Quid deus intendat noli perquirere sorte.  
 Quid statuat de te, sine te deliberat ipse.  
 Inuidiam nimio cultu vitare memento.  
 Quasi non ledit, tamen hanc sufferre molestum est.  
 Esto animo forti, cum sis damnatus inique.  
 Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.  
 Litis preterita noli maledicta referre.  
 Post inimicitias iram meminisse malorum est.  
 Necte collaudes, nec te culpaueris ipse.  
 Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.  
 Vtere quæstis modice, cum sumptus abundat.  
 Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.  
 Insipiens esto, cum tempus postulat, aut res.  
 Stulticiam simulare loco, prudentia summa est.  
 Luxuriam fugito, simul & vitare memento.  
 Crimen avaritiæ, nã sunt contraria fame.  
 Noli tu quædam referenti credere semper.  
 Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur.  
 Quod potu peccas, ignoscere tu tibi noli.  
 Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis.  
 Consilium arcanum tacito committe sodali.  
 Corporis auxilium medico committe fideli.  
 Successus indignos noli tu ferre moleste.  
 Indulget fortuna malis, vt ledere possit.  
 Prospice, qui veniunt, hos casus esse ferendos.  
 Nam leuius ledit, quicquid preuidimus ante.  
 Rebus in aduersis animum submittere noli.  
 Spem retire, spes vna hominem nec morte relinquit.  
 Rem tibi, quam noscis aptam, dimittere noli.

## LIBER TERTIVS.

Fronte capillata post hæc Occasio calua est, in quoque  
 Quod sequitur specta, quodq; eminet ante videto.  
 Illum imitare deum, partem qui spectat vtrinq;  
 Fortius vt valeas, interdum partior esto.  
 Pauca voluptati debentur, plura saluti.  
 Iudicium populi nunquam contempseris vnus.  
 Nec vni placeas, dum vis contemnere multos.  
 Sit tibi præcipue (quod primum est) cura salutis.  
 Tempore ne culpes, cum sis tibi causa doloris.  
 Somnia ne cures, nam mens humana, quod optat,  
 Dum vigilat, sperat, per somnum cernit id ipsum.

## LIBER TERTIVS.

**H**oc quicumq; velis carmen cognoscere Lector,  
 Hæc præcepta feras, quæ sunt gratissima vitæ.  
 Instrue præceptis animum, nec discere cesses.  
 Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.  
 Commoda multa feres, sin autem spreueris illud,  
 Non mescriptorum, sed te neglexeris ipse.  
**C**um recte viuas, ne cures verba malorum,  
 Arbitrij nostri non est, quid quisq; loquatur.  
 Productus testis, saluo tamen ante pudore,  
 Quantuncq; potes, celato crimen amici.  
 Sermones blandos, blêsolq; vitare memento.  
 Simplicitas veri sana est, fraus ficta loquendi.  
 Segniciem fugito; quæ vitæ ignavia fertur.  
 Nam cum animus languet, consumit inertia corpus.  
 Interpone tuis interdum gaudia curis:  
 Vt possis animo quemuis sufferre laborem.  
 Alterius factum aut dictum, ne carpsferis vnq;  
 Exemplo simili, ne de te derideat alter.  
 Quæ tibi sors dederit tabulis suprema notato.  
 Augendo serua, ne sis quem fama loquatur.  
 Cum tibi diuitiæ superent in fine senectæ,  
 Munificum facito viuas, non parcus amicis.

CATONIS, IV. LIBER

- Vtile consilium dominus ne despice serus,  
 Nullius sensum si prodest, tempus eris vnquam,  
 Rebus & incensu si non est, quod fuit ante:  
 Fac viuas contentus eo, quod tempora præbent  
 Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis,  
 Nec retinere velis, si cœpit esse molesta,  
 Multorum discè exemplo; quæ facta sequaris,  
 Quæ fugiās; vita est nobis aliena magistra,  
 Quod potes id tentes, opere ne pondere pressus,  
 Succumbat labor, & frustra tentata relinquis,  
 Quod noli factum non recte, noli silere,  
 Ne videre malos imitari velle tacendo,  
 Iudicis auxilium sub iniqua lege rogato,  
 Ipsæ etiam leges cupiunt, vt iure regantur,  
 Quod merito pateris, patienter ferre memento,  
 Cumq; reus tibi sis, ipsum te iudice damna,  
 Multa legas facito, perfectis perlege multa,  
 Nam miranda canunt, sed non credenda poetæ,  
 Inter conuiuas fac sis sermone modestus,  
 Ne dicare loquax, dum vis vrbanius haberi,  
 Coniugis iratæ noli tu verba timere,  
 Nam lachrymis struit insidias, dum foemina plorat,  
 Vtere quæ sitis, sed ne videaris abuti,  
 Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur,  
 Fac tibi proponas mortem non esse timendam,  
 Quæ bona si non est, sinistamen illa malorū est,  
 Vxoris linguam, si frugi est, ferre memento;  
 Nāq; malum est, nil velle pati, nec posse tacere,  
 Dilige non egra charos pietate parentes,  
 Nec matrem offendas, dum vis bonus esse parenti.

LIBER QVARTVS.

**S**ecuram quicunq; cupis producere vitam:  
 Nec vitis ledas animū, quæ morib<sup>9</sup> obstant,  
 Hæc præcepta tibi semper relegenda memeto,  
 Inuenies aliquid, quod te vitare magistro,

Alias tra  
 ducere.  
 magistro  
 verbū est  
 p. d. ceo,

## LIBER QUINTVS: A D

Despice diuitias, si vis animo esse beatus:

Quas qui suscipiunt, mendicant semper auari.

Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt:

Si contentus eo fueris, quod postulat usus.

Cum sis incautus, nec rem ratione gubernes.

Noli fortunam, quæ non est, dicere cæcam.

Dilige denarium, sed parce dilige formam.

Quem nemo sanctus, nec honestus captat habere.

Cum fueris locuplex, corpus curare memento.

Aeger diues habet nummos, sed non habet usum.

Verbera cum tuleris discens aliquando magistri.

Fer patris imperium, cum verbis exit in iram.

Res age quæ profunt, rursus vitare memento:

In quibus error inest: nec spes est certa laboris.

Quod donare potes gratis, concede roganti.

Nam recte fecisse bonis, in parte lucrorum est.

Quod tibi suspectum est, confestim discute, quid sit.

Namque solent primo, quæ sunt neglecta, nocere.

Cum te detineat Veneris damnosa voluptas,

Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est.

Cum tibi præponas animalia cuncta timere,

Vnum præcipio, hominem plus esse timendum.

Cum tibi præualidæ fuerint in corpore vires,

Fac sapias animo, poteris sic fortis haberi.

Auxilium a notis petito, si forte laboras.

Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus.

Cum sis ipse nocens, cur moritur victima pro te?

Stultitia est morte alterius sperare salutem.

Cum tibi vel socium, vel fidum queris amicum:

Non tibi fortuna est hominis: sed vita petenda.

Vtere quæ sitis opibus, fuge nomen auari.

Quid tibi diuitiæ profunt, si pauper abundas?

Si famam seruare cupis (dum viuus) honestam.

Fac fugias a seculo, quæ sunt mala gaudia vitæ.

Cum sapias animo, noli irridere senectam.

Nam quocumque sene puerilis sensus in illo est.

CATONIS. LIBER

Disce aliquid, nam cum subito fortuna recedit:

Ars remanet, vitamq; hominis non deserit vnq;.

Prospicito cunctans tacitus, quid quisq; loquatur:

Sermo hominum mores & celat: & indicat idem.

Exerce studium: quamuis perceperis artem.

Vt cura ingenium, sic & manus adiuuat vsum.

Multum venturi ne cures tempora fati.

Non timetis mortem, qui scit contemere vitam.

Disce sed a doctis, indoctos ipse doceto.

Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum.

Hoc bibe quod possis: si tu vis viuere sanus.

Morbi causa mali est homini quandoq; voluptas

Laudaris quodcūq; palam, aut quodcūq; probaris:

Hoc vide, ne rursus leuitatis crimine damnes.

Tranquillis rebus: quæ sunt aduersa: caueto;

Rursus in aduersis melius sperare memento.

Discere ne cesses: cura sapientia crescit.

Rara datur longo prudentia temporis vsu.

Parce laudato, nam quem tu sæpe probaris:

Vna dies: qualis fuerit: ostendit amicus.

Ne pudeat, quæ nescieris, te velle doceri.

Scire aliquid laus est, culpa est nil discere velle.

Cum Venere & Baecho lis est, & iuncta voluptas.

Quod lautum est animo complectere, sed fuge lites.

Demissos animo & tacitos vitare memento.

Flumen quod placitum est, forsitan later altius vrida.

Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,

Alterius specta, quo sis discrimine peior.

Quod potes, id tenta: nam litus carpere remis.

Tutius est multo, quam velum tendere in altum.

Contra hominem iustum prauè conuicere noli.

Semper enim deus iuiustas vlciscitur iras.

Etreptis opibus noli mœrere dolendo,

Sed potius gaude, si tibi contingat habere:

Est iactura grauis, quæ sunt amittere damnis.

Sunt quædam, quæ ferre decet patienter amicum.

b

## LIBER QVARTVS.

Tempora longa tibi noli promittere vitæ.  
Nā qđcūq̄ ingrederis sequit̄ mors corporis vmbra.  
Thure deum placæ: et vitulum sine crescat aratro.  
Nec credas placere dum: cum cede litatur.  
Cede locum læsus fortunæ, cede potenti.  
Lædere qui potuit: prodesse aliquando valebit.  
Cum quid peccaris: castiga te ipse subinde,  
Vulnera dum sanas: dolor est medicina doloris.  
Damnaris nunq̄ post longum tempus amicum.  
Mutauit mores: sed pignora prima memento.  
Gratior officijs quo sis magis: charior esto.  
Ne nomen subeas quod dicitur officij perda.  
Suspectus caueas: ne sis miser omnibus horis.  
Nam timidus & suspectus apuissima mors est.  
Cum fueris seruos proprios mercatus in vsus.  
Et famulos dicas, homines tamen esse memento.  
Quam primum rapienda tibi est occasio prima.  
Ne rursus quæras: quæ iam neglexeris ante.  
Morte repentina noli gaudere malorum.  
Fœlices obeunt: quorum sine crimine vita est.  
Cum coniux tibi sit, nec res & fama laboret,  
Vitandum ducas inimicum nomen amici.  
Cum tibi contingat studio cognoscere multa:  
Fac discas multa, nec cesses velle doceri.  
Miraris verbis nudis me scribere versus?  
Hęc breuitas sensus fecit coniungere binos.

FINIS.

LIBELLVS EXPLICITVS  
QVI CATO.  
IN S CRIBITVR.



# DICTA SAPI ENTVM

## PERIANDRI CORINTHII.

Omnibus placeto. Bona res quies.  
Periculosa temeritas.  
Sēper voluptates sūt mortales, honores autē immortales.  
Amicis aduersā fortuna videntibus idem esto.  
Lucrum turpe res pessima.  
Quicquid promiseris, facito.  
Infortunium tuum celato; ne voluptate afficias inimicos  
Veritatis adhereto, Age que iusta sunt,  
Violentiam oderis. Principibus cede  
Voluptati tempera. A iure iurando abstine.  
Pietatem sectare. Laudato honesta,  
A vitijs abstine. Beneficium prope ende.  
Supplicibus misericors esto. Litem oderis.  
Liberos institue.  
Sapientium vitare cōsuetudine,  
Bonos in precio habeto  
Audi que ad te pertinent. Responde in tempore.  
Erobrium fugito,  
Pa facito; quorum nō possis pœnitere.  
Ne cui inuideas,  
Quod iustum est imitare. Oculis moderare,  
Bene meritos honora. Spem foue.  
Calumniam oderis. Affabilis esto.  
Cum erraris; muta consilium.  
Diutinam amicitiam custodi.  
Omnibus te ipsum prebe. Concordiam sectare.  
Magistratus me tue. Ne loquaris ad gratiam.  
Ne tempore credideris. Te ipsum ne negligas.  
Seniorem reuerere. Mortē oppete pro patria.  
Ne quauis dere doleas,

DICTA.

Ex ingenuis liberos crea.  
 Sperato tanquam mortalis,  
 Parcito tanquam immortalis.  
 Ne efferaris gloria,  
 Cede magnis.  
 Mortalia cogita.  
 Ne prior iniuriam facias.  
 Mortuum ne videto,  
 Consule inculpate.

Arcanum cela.  
 Oportunitatē expectato  
 Largire cum vtilitate.  
 Dolorem fuge.  
 Amicis vttere.  
 Delecta amicos.

BIANTIS.

In speculote ipsum contēplare, & si formosus apparebis,  
 age, quę deceant formam. Sin deformis, qđ in facie min<sup>9</sup>  
 est: id morum pensato pulchritudine,  
 De numine ne male loquare, quid sit autem ausculta.  
 Audito multa; loquere pauca.  
 Prius intellige, & deinde ad opus accede.  
 Ne ob diuitias lauderis virum indignum.  
 Persuasionē cape: non vi.  
 Compara in adolescentia quidem modestiam, in senectua  
 te vero sapientiam,

PITTACI MITYLENAEI.

Quę facturuses, ea ne prędixeris: frustratus enim vide  
 ris. Deposito redde.  
 Afamiliaribus in minutis rebus læsus feras.  
 Amico ne male dixeris.  
 Inimicum ne putes amicum,  
 Vxori dominare.  
 Quę feceris parentibus, eadem à liberis expecta.  
 Desidiosus ne esto.  
 Inter amicos ne fueris iudex.  
 Ne contende cum parentibus, etiam si iusta dixeris.  
 Ne geras imperium: priusquam parere didiceris.  
 Infortuna tum ne irriferis.  
 Ne lingua præcurrat mentem.  
 Quę fieri non possunt, caue concupiscas.



SAPIENTVM.

Nefestineris loqui; Legibuspare,  
Nosce te ipsum, Nequid nimis;  
Ante omnia venerare numen.  
Parentes reuerere,  
Audito libenter,  
Voluptatem coetce,  
Inimicitiam solue,  
Vxorē ducito ex equalibus, ne si ex ditioribus duxeris  
dominos tibi pares; non affines.

CLEOVLII LINDI.

Ne sis vnquam elatus, Domus curam age,  
Libros euolue,  
Liberos tibi charissimos erudi,  
Iuste iudicato, Bonis benefacito,  
A maledicentia temperato,  
Suspitionem abijcito,  
Parentes patienter vince,  
Beneficij accepti memento,  
Inferiorem ne reijcias, Aliena ne concupiscas,  
Ne te ipsum precipites in discrimen,  
Res amici diliges; vt perinde serues vt tuas,  
Quod oderis; alteri nefeceris,  
Ne cui miniteris. est enim muliebre,  
Citius ad infortunato s amicos; q̄ fortunatos proficiscere  
Lapis auri index; aurum hominum,  
Voto nihil preciosus,  
Mendax calumnia vitā corrumpit,  
Mendaces odit quisquis prudens ac sapiens,

CHILONIS LACBDAEMONII.

Nosce te ipsum, Ne cui inuideas mortalia  
Temperantiam exerce, Turpia fuge,  
Tempori parce, Iusterem para,  
Multitudini place, Sapientia vtere  
Moribus probatus esto, Ne quid suspiceris,  
Oderis calumnias, Ne fueris onerosus.

DICTA SAPIENTVM  
SOLONIS ATHENIENSIS.

Deum colere. Parentes reuerere.  
Amicis succurre. Nemini inuidero.  
Veritatem sustineto. Ne iurato.  
Legibus pareto. Cogita, quod iustum est.  
Iracundię moderare. Virtutem laudato.  
Malos odio prosequitor.

TALETIS MILESII.

Principem honora. Amicos probato.  
Similis tui sis. Nemini promittito.  
Quod adest, boni cōsulto. A vitijs abstineto.  
Gloriam sectare. Vitę curam age.  
Pacem dilige. Laudatus esto apud omnes.  
Sufurronem ex ædibus eijce.

DICTA SAPIENTVM EX AVSONIO.

PERIANDER.

Nunquam discrepat vtile a decoro.  
Plus est sollicitus, magis beatus.  
Mortem optare malum, timere peius.  
Faxis, vt libeat: quod est necesse.  
Multis terribilis: caueto multos.  
Si fortuna iuuat: caueto tolli.  
Si fortuna tonat: caueto mergi.

BIANTIS CARMINE.

HEROICO.

Quę nam summa boni: mens: que sibi cōscia recti.  
Pernicies homini que maxima: solus homo alter.  
Qui diues: qui nil cupiat. Quis pauper: auarus.  
Quę dos matronis pulcherrima: vita pudica.  
Quę casta est: de quo mentiri fama veretur.  
Quod prudentis opus: cum possis nolle nocere.  
Quod stulti proprium: non posse & velle noceri.

**SAPIENTVM  
PITTACI CARMINE**

Iambico trimetro

Loqui ignorabit: qui tacere nesciet,  
Bono probari malo: quam multis malis,  
Demens superbis inuidet foelicibus,  
Demens dolorem ridet infœlicium,  
Pareto legi, quisquis legem sanxeris,  
Plures amicos re secunda compares,  
Paucos amicos rebus aduersis probes,

Cleobuli Carmine Asclepiadeo

Quanto plus liceat: tam libeat minus,  
Fortunæ inuidia est: immeritus miser,  
Foelix criminibus nullis erit diu,  
Ignoscas alijs multa: nihil tibi,  
Parcit quisq; bonis: proderè vult bonos,  
Maiorum meritis gloria non datur,  
Turpis sepe datur fama minoribus.

**CHILONIS CARMINE CHORIAM**

bico, ex choriâ bis tribus & aphaibracho. Videt sotadico

Nolo minor me timeat: despiciatq; maior,  
Vive memôr mortis: immemor vt sis salutis,  
Tristia cuncta exuperans, aut animo, aut amico,  
Tu bene si quid facias, non meminisse fas est,  
Grata senectus homini, quæ parilis iuuenti,  
Illa iuuentus grauior: quæ similis senecti.

**OLONIS CARMINE TROCHAICO**

Dico tunc vitam beatam: facta cum peracta sunt,  
Par pari iugato coniungitur: dissidet, quod impar est,  
Non erunt honores vnq; fortuiti muneris,  
Clam coarguas propinquum: sed palam laudaueris,  
Pulchrius multo parari: quam creari nobilem,  
Certa si decreta fors est: quid cauere proderit,  
Sive sunt incerta cuncta, quid timere conuenit.

**THALETIS VERSV PENTAMETRO**

Turpe quid aufurus te sine te te time,  
Vita perit, mortis gloria non moritur,

b iij

Amare iuueni fructus est: crimen senti.  
 Anus cum ludit: morti delicias facit.  
 Amoris vulnus idem qui sanat, facit.  
 Ad poenitendum properat: cito qui iudicat.  
 Amicos res opime parant: aduerse probant.  
 Aleator quando in arte est melior: tãto est nequior.  
 Arcum intensio frangit: animum remissio.

**B**is est gratum, quod opus est: vltro si offeras.  
 Beneficium dare qui nescit, iniuste petit.  
 Bonum est, fugienda aspiceret alieno in malo.  
 Beneficium accipere, libertatem vendere est.  
 Bona nemini hora est: vt non alicui sit mala.  
 Bis enim mori est: alterius arbitrio mori.  
 Beneficia plura recipit, qui scit reddere.  
 Bis peccas: cum peccanti obsequium accõmodas.  
 Bonus animus lesus, grauius multo irascitur.  
 Bona mors est homini: vita quæ extinguit mala.  
 Beneficium dando accepit: qui digno dedit.  
 Blanditiã non imperio hic dulcis, Venus.  
 Bonus animus nunquam erranti obsequium ac-  
 commodat.  
 Beneficium se dedisse qui dicit, petit.  
 Beneficium saepe dare, docere est reddere.  
 Bonitatis verba imitari: maior malicia est.  
 Bona opinio homini ruior pecunia est.  
 Bonum tametsi supprimitur: non extinguitur.  
 Bis vincit, qui se vincit in victoria.  
 Benignus etiam dandi causam cogitat.  
 Bis interimitur, qui suis armis perit.  
 Bene dormit, qui non sentit quod male dormiat.  
 Bonorum crimen est officiosus miser.  
 Bona fama in tenebris proprium splendorem obinet.  
 Bene cogitata si excidunt: non occidunt.  
 Bene perdit nummos, iudici quum dat necens.  
 Bonis nocet, qui quis pepercit malis.

## MIMI.

Quod facturus eris, discere sustuleris.

Crux est, si metuas, vincere, quod nequeas.

Cum vere obiurgas, sic inimice iuas.

Nil nimium, satis est, ne sit & hoc nimium.

# SEQVUNTVR

## MIMI PVBLIANI

Alienum est omne quicquid cptando euenit.

Ab alio expectes; alteri quod feceris.

Animus vereri qui scit; scit tuto agredi.

Auxilium humilia firma consensus facit.

Amor animi arbitrio sumitur; non ponitur.

Aut amat, aut odit mulier; nihil est tertium.

Ad tristem partem strenua suspicio.

Ames parentem si æquus est, si alter, feras.

Aspicere oportet, quod possis deperdere.

Amici vitia si feras; facis tua.

Aliena; homini ingenuo; acerua est seruitus.

Absentem lædit; cum ebrius qui litigat.

Amans iratus multa mentitur sibi.

Auarus ipse miserie causa est suæ.

Amans quid cupiat scit; quid sapiat, non videt.

Amans quod suspicatur, vigilans somniat.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Amor extorqueri non potest, elabi potest.

Ab amante lachrymis redimas iracundiam.

Aperte mala cum est mulier; tum demum est bona.

Auarum facile capias; ubi non sis idem.

Amare & sapere vix deo conceditur.

Auarus nisi cum moritur; nil recte facit.

Astute dum celatur, se etas indicat.

Auarus damno potius quam sapiens dolet.

Auaro quid male optes ni vivat diu.

Animo dolentimil oportet credere.

Alienum nobis; nostrum plus alijs placet.

## MIMI.

Bonus nocet: qui quis pepereerit malis.

Bono iustitię: proxima est seueritas.

Bonum apud virum cito moritur iracundia.

Bona turpitude est: quę periculum indicat.

Bona comparat pręsidia misericordia.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Beneficium dignis vbi das, omnes obligas.

**C**Rudelis in re aduersa est obiurgatio.

Cauendi nulla est dimittenda occasio.

Cui semper dederis, vbi neges: rapere imperas.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Coniunctio animi: maxima est cognatio.

Cuius mortem amici expectant: vitam oderant.

Cum inimico nemo in gratiam cito redit.

Citius venit periculum; cum contemnitur.

Casta ad virum matrona parendo imperat.

Cito ignominia fit: superbi gloria.

Consilio melius vincas, quã iracundia.

Cuius dolori remedium est patientia.

Cum vitia profunt: peccat qui recte facit.

Contemni leuius est, quã stulticia percuti.

Comes facundus in via; pro vehiculo est.

Cito improborum læta in perniciem cadunt.

Crimen relinquit vitæ: qui mortem appetit.

Cui plus licet quã par est, plus vult quã licet.

**D**iscipulus est prioris posterior dies.

Damnare est obiurgare; cum auxilio est opus.

Diu apparandum est bellum vt vincas celerius.

Dixeris maledicta cuncta, quum ingratus hominẽ dixeris.

De inimico ne loquare malum, sic cogites.

Deliberare vtilia; mora tutissima est.

Dolor decrefcit, vbi quo crescat non habet.

Dediscere flere foeminam, est mendacium.

PVBLIANI.

Discordia fit charior concordia.  
 Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.  
 Difficilem oportet aurem habere ad crimina.  
 Dum vita grata est, mortis conditio optima est.  
 Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.  
 Ducis in consilio posita est virtus militum.  
 Dies, quod donat, timeas, cito raptum venit.  
 Dimissum quod nescitur, non amittitur.

**E**Tiam innocentes cogit mentiri dolor.  
 Etiam peccato recte prestatur fides.  
 Etiam celeritas in desiderio mora est.  
 Ex vitio alterius, sapiens emendat suum.  
 Et deest, & superat miseris excogitatio.  
 Etiam obliuisci quod scis, interdum expedit.  
 Ex hominum quaestu, facta fortuna est dea.  
 Effugere cupiditatem, regnum est vincere.  
 Exuli, vbi nusquam domus est, sine sepulchro est tamen  
 mortuus.  
 Cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.  
 Etiam qui faciunt, odio habent iniuriam.  
 Eripere telum, non dare irato, decet.  
 Se denegare patriæ. Exilium est pati.  
 Etiam capillus vnus habet umbram suam.  
 Eheu quam miserum est, fieri metuendo senem.  
 Etiam hosti est equus, qui habet in consilio fidem.  
 Excellis multo facilius casus nocet.

**I**dem, qui perdit, quo se seruet in reliquum.  
 Fortuna cum blanditur, captatum venit.  
 Fortunam citius reperias, quam retineas.  
 Formosa facies muta commendatio est.  
 Frustra rogatur, qui misereri non potest.  
 Fraus est accipere, quod non pessis reddere.  
 Fortuna nimium que fouet, stultum facit.  
 Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.

MIMI.

Coelxi improbitas; optimorum est calamitas.  
 Feras, non culpes, quod vitari non potest.  
 Futura pugnant; ut se superari sinant.  
 Furor fit: lesa sepius patientia.  
 Ficta cito ad naturam redierint suam.  
 Fidem qui perdit; nil potest ultra perdere.  
 Facilitas animi ad partem stultitię rapit.  
 Fides ut anima; vnde abiit; nunquam eo redit.  
 Fidem nemo vnquam perdit; nisi qui non habet.  
 Fortuna obesse, nulli contenta est semel.  
 Fulmen est: vbi cum potestate habitat iracundia.  
 Frustra: cũ ad senectũ ventũ est; repetes adolescentiam.  
 Falsum maledictum; maleuolum mendacium est.  
 Fœmignaturam regere; desperare est omnium.  
 Fer difficilia; vtfacilia leuius feras.  
 Fortuna nulli plus, quam consilium, valet.  
 Fortuna vitrea est, quę cum splendet frangitur.  
 Feras, quod lædit; vt quod prodest, proferas.  
 Facit gratum fortuna; quam nemo videt.  
 Frugalitas miseria est rumoris boni.  
**G**Raue præiudicium est, quod iudicium non habet.  
 Grauißima est probi hominis iracundia.  
 Grauis animi pœna est, quem post factum pœnitet.  
 Grauis animis dubiam non habet sententiam.  
 Graue est malum omne; quod sub aspectu latet.  
 Grauius nocet; quodeũq; in expertum accidit.  
 Grauior inimic<sup>9</sup>. qui latet sub pectore.  
 Grauißimum est imperium consuetudinis.  
 Graue crimen, etiam cum dictum est leuiter, nocet.  
**H**eu quam difficile est glorię custodia.  
 Homo extra corpus est suum: cum irascitur.  
 Heu q̄ est timendus; qui moriturum putat.  
 Homo qui in homine calamitoso est misericors;  
 meminit sui.



PUBLIANI,

Honesta turpitude est, pro bona causa mori.  
 Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat.  
 Heu quàm miser est ledi ab illo: de quo nō possis queri.  
 Hominem experiri multa paupertas iubet.  
 Heu dolor quē miser est, qui in tormento vocē nō habet.  
 Heu quàm pœnitenda incurrunt homines viuendo diu.  
 Habet suum venenum blanda oratio.  
 Homo toties moritur, quoties amittit suos.  
 Homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud cogitat.  
 Honestus rumor, alterum est patrociniū.  
 Homo nescit, si dolore fortunam inuenit.  
 Honestè seruit, qui succumbit temporī.  
 Homovite commodatus; non donatus est.  
 Heredem scire, vtilius est quē querere.  
 Heredis fletus, sub persona risus est.  
 Habent locum maledicti crebre nuptiæ.

**I**nferior horret; quicquid peccat superior  
 Inimicum vlcisci; vitam accipere est alteram.  
 Id agas, ne quis tuote merito oderit.  
 Inuitum cum retineas; exire incitas.  
 Ingenuitatem lædis, cum indignum rogas.  
 In nullum avarus bonus est, in se pessimus.  
 Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.  
 Instructa inopia, est in diuitijs cupiditas.  
 Inuitat culpam, qui peccatum præterit.  
 Iucundum nihil est, nisi quod reficit varietas.  
 Ingenuitas non recipit contumeliam.  
 Impune peccat in eum, qui peccat rator.  
 Ingratus vnus miseris omnibus nocet.  
 In miseri vita nulla contumelia est.  
 Inopiæ parua defunt, avaritiæ omnia.  
 Ita amicum habeas, posse vt fieri inimicum putes.  
 Inuidiam ferre, aut fortis aut foelix potest.  
 In amore mendax semper iracundia,  
 Inuidia tacite, sed minute irascitur.

## PVBLIANI.

Iratum breuiter vites: inimicum diu.  
Iniuriarum remedium est obliuio.  
Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.  
In malis est sperare bonum: nisi innocens nemo solet.  
In vindicando criminosa celeritas.  
Inimicum quis humilem docti est metuere.  
In calamitoso risus etiam iniuria est.  
Iudex damnatur, cum nocens absolvitur.  
Ignoscere humanum; vbi pudet cui ignoscitur.  
In rebus dubijs plurima est audacia,  
Illo nocens se damnat, quo peccat die.  
Ita crede amico; ne sit inimico locus.  
Iratus etiam facinus consilium putat.  
Improbe Neptunum accusat, qui iter; naufragis facit.

**L**oco ignominia est apud indignum dignitas,  
Laus vbi noua oritur; etiam verus admittitur.  
Lasso doloris remedium inimici dolor.  
Leuis est fortuna, cito reposecit, quæ dedit.  
Lex vniuersis est, quæ iubet nasci & mori.  
Lucrum sine damno fieri non potest.  
Lasciuia & laus nunquam habent concordiam,  
Legem noscens veretur, fortunam innoxens,  
Luxuriæ desunt multa; avariciæ omnia,

**M**alignos fieri maxime ingrati docent.  
Multis minatur, qui vni facit iniuriam.  
Mora omnis odio est; sed facit sapientiam.  
Mala causa est, quæ requirit misericordiam.  
Mori est foelicis, antequam mortem inuocet.  
Miserum est tacere cogi, quod cupis loqui,  
Miserima est fortuna, quæ inimico caret.  
Malus est vocandus, qui sua causa est bonus.  
Malus vbi bonum se simulat, tunc est pessimus.  
Metus cum venit reum habet somnus locum.  
Mori necesse est; sed non quoties volueris.

PVBLIANI.

Male geritur, quicquid geritur fortunæ fide.  
 Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit sibi.  
 Minus est quàm seruus dominus: qui seruos timet.  
 Magis hæres fidus nascitur, quàm scilicet ibitur.  
 Malo in consilio sceminæ vincunt viros,  
 Mala est voluptas: alienis alluescere.  
 Magno cum periculo custoditur, quod multis placet.  
 Mala est medicina: vbi aliquid naturæ perit.  
 Mala naturæ nunquàm doctrina indigent.  
 Miseriam nescire, est sine periculo viuere.  
 Male viuunt, qui se semper victuros putant.  
 Maledictum interpretando facies acrius.  
 Male secum agit æger, medicum qui heredem facit,  
 Minus decipitur: cui negatur celeriter,  
 Mutat se bonitas: quum irrites iniuria.  
 Mulier quum sola cogitat, male cogitat.  
 Malefacere qui vult: nusquàm non causam inuenit.  
 Maleuolus semper sua natura vescitur.  
 Multos timere debet: quem multi timent.  
 Male imperando summum imperium amittitur.  
 Mulier quæ nubit multis, multis non placet.  
 Malum consilium est, quod mutari non potest.  
 Nil agere semper infœlici est optimum.  
 Nil peccent oculi, si animus oculis imperet.  
 Nil proprium ducas: quod mutari possit.  
 Non cito ruina petit vir, qui ruinam timet.  
 Nescis, quid optes: aut quid fugias: ita ludit dies.  
 Nunquam periculum sine periculo vincitur.  
 Nulla tam bona est fortuna, de qua nil possis quærere.  
 Nusquàm melius morimur homines, quàm vbi libèter vixim⁹.  
 Negandi causa auaro nusquàm deficit.  
 Nimium altercando veritas amittitur.

**Q**uotidie damnatur: qui semper timet.

**Q**uotidie est deterior posterior dies.

Ridiculum est, odio nocentis perdere innocentiam.

MIMI.

**P**Ars beneficij est, quod petitur, benefi neges.  
Stultum est timere, quod vitare non potest.  
Timidus vocat se cautum: parcum sordidus.  
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.  
Tam de est auaro quod habet, quam quod non habet.  
O vita misero longa, scelici breuis.

ALIQVOT

SENTENTIAE INSIGNES  
EX VARIIS COLLE  
CTAE SCRIPTO  
RIBVS.

PITTACVS.

Difficilia quæ pulchra,  
Magistratus virum arguit.  
Prudētis est prospicere, ne quid eueniat mali. Fortis tolle  
rare, si quid forte obtigerit.  
Ne cui calamitatem suam expdōbraueris.  
Vxorem æqualem ducito.

BIAS.

Valere corpore, natura munus est. Diuitiæ dantur à for-  
tuna, Sapientia animi bonum est.  
Ita dispensa tempus, quasi & diu victurus, & mox  
moriturus.  
Delibera lente, quod decreueris constanter vrge.  
Ne præceps sis ad loquendum.  
Pessimi consultores ira & præcipitantia,  
Sapiens omnia sua bona secum portat.

CLEOBOLVS.

Amicos beneficijs foue, quo fiant amiciores, Inimicis be-  
ne fac; quo fiant amici.  
Egressurus domo, tecum expendito, quid foris agere ve-  
lis; Domum vbi redieris, quid egeris putato.

## INSIGNES.

Audiendi, quam loquendi, studiosior esto.  
Voluptati frenos iniijcto.  
Vxori presentibus alienis nec blādire, nec iurgiū facito.  
Rebus secundis ne efferaris, aduersis ne deiiciaris.

## PERIANDER.

Voluptas cito perit, honos immortalis est.  
Tura quies; periculosa temeritas.  
In rebus prosperis esto moderatus; in aduersis prudens.  
Cura potest omnia.

## ANACHARSIS.

De arte non iudicat nisi artifex.  
Ex alienis vitijs disce, quam foeda sunt,  
Linguam, ventrem, & pudenda cohibe.  
Potior est vnus amicus insignis, quā multi vulgares.

## THALES.

Difficillimum est omnium, nosse seipsum.  
Quæ in alijs damnes, ipse ne feceris.  
Amicorum non minus absentium, quā presentium me  
mores esse oportet.  
Animus honestis artibus excolendus est potius, quam  
forma corporis componenda,  
Ne quæras fraude discescere.  
Qualem gratiam retuleris parentibus tuis, talem expe-  
cta & a liberis tuis.

## SOLO.

Virtus fidelior est iureiurando.  
Quod præclarum est; accurate agendum,  
Amicum ne temere recipito; receptum ne reijcito,  
Impera, sed prius edoctus imperio parere.

## ABSOPVS.

Cum regibus aut omnino, non loquendum; aut quæ  
sunt iucundissima loqui oportet. Solò correxit; aut  
quæ sunt optima. Rationi pareto,  
Malorum consuetudinem fugito.  
In defunctum maledicta ne congerito.

c

## SENTENTIAE.

Filius ne penitē alere cogitor, a quo nullā artē edoct<sup>9</sup> est.  
 Vitę finem spectato. CHILO Lacedæmonius.  
 Si dixeris, quę vis, audies, quę non vis.  
 Damnum turpi lucro potius esto,  
 Ne lingua prevertitor animum.  
 Quę fieri non possunt, ne tentes.  
 Index aurum; aurum explorat hominem.  
 Amato tanquam osurus, oderis tanquam amaturus.

## ARISTIPPVS.

Opes eiusmodi tibi para; quę nauifracta, simul cum do-  
 mino enatent.  
 Fortunę bona varijs casus eripiunt: bona animi, quę so-  
 la vere bona sunt, nec incēdium/nec naufragium po-  
 test eripere.

Disce puer: quę viro sunt vsui futura.

## THEOPHRASTVS.

Preciosissimus sumptus est tempus.

## ANTISTHENES.

Regium est audire male; quum feceris bene.  
 Satius est hi in coruos, quam in adulatores incidere. III  
 mortuum exedunt, hi viuum etiam.  
 Quod rubigo ferro, hoc liuor homini.  
 Fratrum concordia quouis muro tutior.  
 Præcipua disciplina, dediscere mala.

## DIOGENES.

Vir bonus Dei simulachrum est.  
 Amor ociosorum est negotium.  
 Miserrima res senex egens.  
 Perniciosissime mordent, ex feris bestijs obrectator: ex  
 cicuribus adulator.  
 Oratio blanda, melleus laqueus.  
 Venter vitæ Charybdis est.  
 Formosum scortum, lætale mulsim.  
 Qui præclara loquūtur, nec faciunt, citharę similes sunt:  
 quę sonat alijs, ipsa nec audiens, nec leniens.

## INSTITVTVM.

Ridicule faciunt, qui in psalterio sonos aptant ligno, animam ad recte viuendum non componunt.

Frustra viuunt, cui, vt bene viuat, nulla cura est.

Qui forma decorus indecore loquitur, ex eburnea vagina plumbeum educit gladium.

Serui heris improbi seruiunt cupiditatibus.

Eruditio iuuenibus sobrietas est, sensibus solatium, pauperibus diuitiarum, diuitibus ornamentum.

Nobilitas, gloria, diuitiarum, malitiarum sunt velamenta.

### SOCRATES.

Quae supra nos, nihil ad nos.

Hoc vnum scio, me nihil scire.

### CRATES.

Vt in omni malo punico granum aliquod putre est, ita nemo reperitur vnde quaque purus a vitio.

### ZENONCITTENSIS.

Non magis statim bonus est, sed quicquid bonus, id est & magis est.

Ideo natura dedit homini aures duas, os vnicum, vt plus audiamus, quam loquamur.

Auribus attrahendi sunt homines potius: quam pallio, id est est persuasione, magis quam violentia.

Lupinum aqua profusum dulcescit, homo licet natura tristior, vino hilarescit.

### THEMISTOCLES.

(ris.

Prestat habere viros egentes pecunia, quam pecunia egente viro.

### PERICLES.

Amicum esse licet, sed usque ad aras, id est, amici causa non est violanda religio.

### LAMACHVS.

Non licet in bello bis peccare.

### IPHICRATES.

Indecora sapientium vox. Non putaram, aut non expectaram.

### M. CVRIVS.

Prestatius est impare aurum habentibus viris, quam habere aurum.

### CATO SENIOR.

Mirum eam ciuitatem saluam esse posse, in qua minoris veneat bos quam piscis.

SENTENTIAE.

M V SONIVS. Apud Gellium.

Si per laborem honesti quippiam egeris, labor abit, honestum manet. Si per voluptatem turpe quippiam feceris, voluptas abit; turpitudine manet.

*Auctor damnatus.*

ERASMVS ROT<sup>r</sup> LECTORI. S.D.

Fac memineris lector, quæ hæcenus legisti Ethnicorū esse decreta, vt scias cum iudicio esse legenda. Quæ nūc leges; ipsius Christi & sanctę ecclesię sunt oracula: quę tuto sequi possis, imo quę sola te beatū possint efficere. Proinde sic lege vt rem seriam, ac Vale.

CHRISTIANI HOMINIS

institutū per Erasmi Roterodamū.

Ad Gal. v. Valet in Christo fides,

quę per dilectionē operatur.

FIDES.

Credo. Primus articulus.

Confiteor primum ore pio, venerorq; fidei

Mente deum patrem, vel nutu cuncta potentem

Hunc, qui stelligeri speciosa volumina cæli,

Et solidum omniparę telluris condidit orbem.

Et in Iesum.

Eius item gnatum Iesum, cognomine Christum:

Quem dominum nobis agnoscimus, ac veneramur.

Qui conceptus.

Hunc Maria afflatu diuini numinis aluo

Concepit virgo, peperit purissima virgo.

Passus sub Pontio.

Et graue supplicium immeritus damnante Pilato

Pertulit, infami suffixius in arbore, mortem

Oppetijt, tumulatus homo est: claususq; sepulchro.

Interea penetrat populator ad infera regna.

Tertia die.

Mox vbi tertia hoc mœsto se promiserat orbi,

Emersit tumulo superas rediuius in auras.

Ascendit.



## INSTITVTVM.

Inde palam ætheream scandit sublimis in arcem;  
Illic iam dexter patri affidet omnipotenti.

Iterum venturus. vij.

Idem olim rediturus: vt omnem iudicet orbe m.  
Et viuos pariter. vitæq; & lumine cassos.

Credo in spiritum. viij.

Te quoq; credo fide simili spirabile numen.  
Halitus afflatusq; dei facer: omnia lustrans.

Sanctam ecclesiam. ix.

Et te confiteor sanctissima concio, qua gens  
Christigena arcano nexu coit omnis in vnum  
Corpus: & vnanimis capiti sociatur Iesu.

Hinc proprium nescit. sed habet communia cuncta.  
Remissionem peccatorum. x.

Hoc equidem in cœtu sancto: peccata remitti  
Credo. vel ihs sacro fuerint qui fonte renatis  
Vel qui diluerint vltro sua crimina fletu.

Carnis resurrectionem. xi.

Nec dubito quin examinata cadauera rursus  
In vitam redeant. animas sortita priores.  
Vitam æternam. xij.

Vtraq; pars nostris: corpusq; animusq; deinceps  
Iuncta simul: vitam ducent sine fine perennem.

SEPTEM SACRAMENTA.

Hoc quoq; persuasum est. ecclesia mystica septem  
Munera dispensat: quæ sacramenta vocantur.  
Hinc variæ dotes: & gratia plurima menti  
Cœlitus inferitur: si quis modo sumpserit apte.

Ordo primus. i.

Ordine namq; sacro: confertur sacra potestas.  
Vt fungare minister ihs (Christo auspice) sanctis.

Matrimonium. ij.

Munere coniugij nati hunc prodimus in orbem.  
Vsq; a deo pulchri: pulcherrima portio. mundi.

Baptisimus. iij.

c iij

## CHRISTIANI NOMINIS.

Munere baptismi longe foelicus idem,  
Quam prius in te Christe renascimur, atq; nouamur.

Confirmatio, *iii.*

Deinde in amore Dei nos confirmatio sacra:  
Constabit, mentemq; inuicto robore durat.

Eucharistia.

Mysticus ille cibus Græci dixerè synaxin)

Qui panis viniq; palam sub imagine Christum,

Ipsum præsentem vere exhibet; inuicta nostri

Viscera, caelesti faginat, & educat esca,

Inq; Deo reduit vegetos, & reddit adultos.

Pœnitentia, *vi.*

Si quem forte Deo capitalis reddidit hostem

Noxia, continuo Metanœa medebitur illi,

Restituet lapsum, rescissaq; fœdera rursum

Sarciet. offensi placabit numinis iram,

Commisssi modo pœniteat, pigeatq; nocentem,

Itq; volens peragat præscripta piamina culpæ,

Vinctio, *vii.*

Vnguine extremi munus nos munit, & armat;

Migrantemq; animam per summa pericula, tuto

Transmittit patriæ, & superis cõmendat euntem.

Amor dei.

Hæc est indubitata fides, cui pectore certo

Nixus amabo patrē super omnia cunctipotentē;

Qui me condideritq; & in hūc produxerit orbē;

Rursus amore pari dominum cõplectar Iesum;

Qui nos afferuit, præcioq; redemit amico,

Spiritum item sanctum, qui me sine fine benigno

Afflatu fouet, atque penetralia ditans

Dotibus arcanis, vita creat aura.

Atq; hic ternio sanctus, & omni laude ferendus.

Toto ex corde mihi, tota de mente, supremis

Viribus obsequio, meritoq; coletur honore,

Hunc vnū reuerebor; & hoc semel omnis in vno

CHRISTIANITAS  
INSTITVTVM.

Spes mea figetur, hoc omnia metiar vno.  
Hic propter sese mihi semper amabitur vnus;

Amor sui.

Post hunc haud alia ratione; ac nomine charus  
Ipsi mihi fuero, nisi quatenus oninis in illum  
Ille me referatur amor, fontemq; reuisat.

Fuga peccati.

Culpam præterea fugiam pro viribus omnem.

Præcipue capitale tamen vitauero crimen,

Quod necat atq; animam lætali vulnerat ictu.

Superbia. Inuidia. Ira.

Ne fastu tumeam, ne vel liuore maligno

Torquear, aut bili rapiar feruente; cauebo,

Gula. Luxuria. Pigritia.

Ne vel spurca libido, vel insatiabilis aluus

Imperet enitar; ne turpis inertia vincat,

Auaritia.

Ne nunq; saturanda fames me vexat habendi.

Plus satis; vt cupiam fallacis munera mundi.

Fugo malorum hominum,

Improba pestiferi fugiam commercia coetus

Omnia: summo animi conatu; proq; virili,

Studium pietatis.

Atque huc incumbam neruis, ac pectore toto.

Vt magis atq; magis superet mihi gratia virtus:

Aufescatq; pia diuina scientia menti.

Deprecatio.

Orabo, superosq; precum libamine puro

Placare adnitar, cum tempore sedulus omni

Tum vero eximie, quoties lux festa recurret.

Frugalitas victus.

Frugales epulæ semper, mensaq; placebit

Sobria mundities, & auari nescia luxus.

Ieiunium.

Seruabo reuerens, quoties ieiunia nobis

Indicit certis ecclesia sancta diebus,

## CHRISTIANI NOMINIS.

Mentis custodia,

Sancta vi sint mihi secreta penetralia mentis.  
Ne quid eo subeat foedumue, nocensue studebo.

Linguae custodia,

Ne temere iuret; ne vnquam mendacia promat;  
Turpia ne dictu dicat mea lingua, cauebo.

Manus custodia,

A furto cohibebo manus, nec ad vlla minuta  
Viscatis mittam digitos, & si quid ademptum  
Cuiquam erit, id domino properabo reddere iusto.

Restitutio rei forte repertae.

Id quoque restituiam; si quid mihi forte repertum est:  
Me penes; haud patiar prudens aliena morari.

Amor proximi.

Nec secus atq; mihi sum charus, amabitur omnis  
Proximus. Est autem, ni fallor, proximus ille

Quisquis homo est; ac sic; vt amor referatur amici

In Christum; vitamq; piam veramq; salutem.

Huic igitur fuerit quoties opus, atq; necesse:

Sedulus officio corpusq; animumq; iuuabo:

Vt mihi succurri cupiam, si forsam egerem.

Id tamen in primis praestabo vtriq; parenti:

Per quos visibili hoc nasci mihi contingit orbe,

Tum praecceptor, qui me erudit, instituitq;

Morigeus fuero, ac merito reuerebor honore.

At rursus dulcisq; scholae studijq; sodales

Semper (vt) par est) sincero amplectat amore.

Confessio.

Si quando crimen fuero prolapsus in vllum,

Protinus enitar. pura aut confessio lapsum

Erigat, ac iusta tergatur noxia poena.

Sumptio corporis Christi in vita.

Ast vbisacratu me ad corporis atque cruoris

Caelestes epulas, pietasq; diesq; vocabit:

Illotis manibus metuens accedere, pectus

## INSTITVTVM:

Ante meum, quanta cura studioq; licebit,  
Purgabo maculis, virtutum ornabo nitelis.

Morbus.

Porro vbi fatalis iam terminus ingruet æui,  
Extremumq; diem cum morbus adeste monebit:  
Mature sacramentis me amare studebo.  
Atq; his muneribus quæ ecclesia sancta ministrat,  
Christigenis, reteget confessio crimina vitæ,  
Sacrificio, sumam Christi venerabile corpus.

Mors:

Quod si vicinæ propius discrimina mortis  
Urgebunt: supplex accersam, qui mihi rite  
Oblinat, ac signet sacro ceromate corpus,  
Atq; his præsidijs armatus, sic vti dignum est  
Christicola, forti ac fidenti pectore vita  
Decedam, bonitate Dei super omnia fretus.

Hoc fac & viues.

RODOLPHVS AGRICOLA IOANNI  
AGRICOLAE SVO FRA  
TRI, S.D.

**N**IHIL habeo mi frater: quod vel ego aptius tibi  
pro nostra necessitudine (vt qui frater sim tuus) af-  
ferre possim, vel tu potius pro tua etate (vt qui prima iu-  
uentæ spacia ingrederis) ex me expectare debeas: quã  
vt vndecumq; possim, eam tradam tibi: quibus & erudi-  
tione ornator, & vita melior euadas. Idq; dignum stu-  
dijs meis: dignũ amore nō arbitror munus: ea parare ti-  
bi: quorũ vsus nō rēpore intercidat, nō casibus obnoxius  
sit. Sed quæ admodũ natura perpetuo nos deuinxit pigno-  
re, ita q̄q; q̄a me accipis: solidapinde sint, ppetuoq; tibi ad  
iumento futura. Quod si pulchre apud poëtam ille mo-  
nuisse filium videtur, qui inquit.

Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem,  
Fortunam ex alijs.

EPISTOLA NVNCTPATORIA.

Et ille quidem, cuius omnis conatus pēdebat ex fortuna: omnis ad fortunā labor dirigebatur, nō immerito vir tuis ego tibi hortamenta colligā: qui vitā hacten⁹ eis impēdi studijs. que vera, certissimaq; ad virtutē ducūt viā, q̄q; in reb⁹ humanis, qd expe tendū sit: quid fugiē dū, quid recte secusue fiat, veluti in speculo cōspiciēdū nobis considerandūq; proponunt. Cum sint autē per multa, quæ ad vitę pertinēant institutionē, Græcis Latī nīsq; literis cōscripta, egregia in primis & admirabilis Ifocratis ad Dēmonicū Parænelis mihi videt. Ea enim suauitas est dicēdi, is ornatus: & (vt ita dicā) sculptura orationis, tanta præterea maiestas, vtilitas, decor præceptorū: vt si, quemadmodū pugiles meditados q̄sdā nodos nexulq; habēt, quibus in certamine subito vel nō cogitātes etiā vtantur: ita nos quoq; oporteat: certa quedā & ad manū posita vitę habere præcepta: que omnes n̄ras, velut ad filium dirigāt actiones: quorūq; tenax infixā mentibus n̄ris memoria, recti nos limitē egredi vbiq; vetet: hic libell⁹ aptus vlt̄ maxime ad hāc rem, atq; accōmodatus mihi videatur. Eū itaq; in Latī num sermonē e Græco conuerti, rem scrupulosā conatus, vt numeros q̄q; q̄z ille fuit obseruātissimus, & schemata, vel (vt nos dicimus) exornatiōes orationes, quo ad possē imitarer. Per similit̄ enim cadētia & desinētia, & equata & contrapōsita: & reliquos id genus ornatus: voluit oratio. Quorū, vt studiosus præcipue Gorgias Leōtinus p̄ceptor ipsius: aliq; ætatis illius sophistæ fuerunt, ita diligētior ipse, vt secuta ipsum, non affectata viderētur. Hunc ego legēdum tibi etiam atq; etiam, & ad verbū quoq; discendum cēleo, semperq; velut ante oculos, tanquā regulā quādā: vitæq; præscriptū habēdum. Ita fiet, vt nō solum instruat os tuū, verum animum quoq; emēdet. Quē admodum enim ad doctrinā præcipuum est intelligere, que legas, ita ad virtutem maximum facere, que intelligas.

ISOCRATIS AD DEMONICVM PARAE-  
NENSIS PER ERVDITISSIMVM

virum Rodolphum Agricolam

• Greco Latinum ser-

monem tra-

ducta.



**I**N multis Demonice rebus multum inue-  
nimus distanter bonorum mentes: atque  
malorum cogitationes: multo vero maxi-  
mum acceperere discrimen circa mutuam  
consuetudinē vitę. Hi enim p̄sentes solū  
amicos venerantur. Alij eos q̄q̄ qui lon-  
ge absūt: beneuolētia p̄sequūtur. Ac malorū quidē amici-  
tias tempus exiguum dissoluit, at bonorū ne omnis qui-  
dem auit tractus extinguit. Quū putē igitur eos, qui glo-  
riam expetunt, quic̄q̄ suos eruditioni conatus destināt, bo-  
nos & nequaquam malos decere sectari: hanc orationē  
dono tibi misi, iudicium erga te beneuolentię, signumq̄  
cū Hipponico familiaritatis. Decet enim liberos quē ad-  
modum facultatem: ita amicitij quoq̄ p̄ternę heredita-  
tem suspicere; Video autem & ocaasionem nobis conue-  
nientem & p̄sēntis nos oportunitatem temporis adiu-  
uātem. Tu enim erudiri cupis: ego erudire alios aditor.  
Tu sapientię studio adhuc teneris, ego deditos illi recta via  
deduco. Quic̄q̄q̄ autem adhortatorias ad amicos suos  
orationes conscribunt: pulchrum illi quidem opus assu-  
munt, nō tamen circa id, quod est in philosophia prestan-  
tissimum, laborāt. Qui vero adolescentibus p̄mōstrāt  
non ea, quibus uehementiā in dicendo consequūtur: sed  
quo pacto vita moribusq̄ industrij fiant: tanto magis  
quam illi audientibus proflunt: quātum interest, qd̄ illi  
ad sola ipsos verba confirmant: hi vero ipsorum quoq̄  
facta emēdant. Quamobrē nos non exhortationē tibi  
parantes, sed institutionem tibi scribenteę pergenus nōs

c vi

ISCOR, AD DEMONICVM,  
stri te consilij participem facere; quas res oporteat adulescentes desiderare, & quæ rursus opera vitare, qualibus item hominibus se coniungere, & quomodo suam ipsorum vitam instituire. Quicumque enim vite cursum hoc itinere fecerunt; hi soli ad ipsam virtutem ingenue adire poterunt. Qua non res honestior; non constantior est vlla. Pulchritudo enim vel valetudine perit, vel tempore staccescit. Diuitiæ vitiorum sunt potius; quam integritatis ministræ facultatem nempe desiderii præbentes; & ad voluptatem iuuenes excitantes. Robur prudentiæ coniunctum profuit, sine illa vero sæpius eum qui id habet offendit; & corpora quidem eorum, qui se exercent, adornat. Industria iam vero mentis obscurat. Virtutis autem possessio quorum bona fide mentibus ipsa coaluerit, sola consenescit, diuitijs potior, vtiliorque generis splendore, quæque fieri nequeunt, ab alijs illa suis viribus subdens, & multitudinem metuenda, constanter expectans, desideriam, dedecus, laborem, laudem arbitratur. Hoc cognitu perfacile est: ex gloria certaminum Herculis; operumque a Theseo gestorum. Quibus morum præstantia tantum laudis insigne, operibus adiecit, vt omnis temporum posteritas rebus, quas gesserunt, offundere nequierint obliuionem. Sed & tu quoque memor patris tui viuendi sectæ nonne habebis pulchrum ac domesticum eorum; quæ a me tibi dicentur exemplum: Neque enim parui virtutem faciens; neque secordiæ deditus egit ætatem; sed corpus laboribus exercebat; animo pericula subibat; neque extra modum diuitias expetebat; sed presentibus quidem fruebatur bonis veluti mortalis; gerebatque curam futurorum, velut immortalis. Neque vero contentus vitam instituerat; sed elegans erat & magnificus; simulque expositus amicis. Impensius laudabat officio ipsum persequentes; quam generis sibi necessitudine deuinctos. Per sua debat enim multo ad amicitiam efficacior esse naturam lege; mores genere electionem necessitate. Tempus in presentia nos deficeret, si omnes illius actionis eny



merare pergam? exacteq; de illis nobis alio erit locodif  
ferendum. Nunc signum quoddã Hippnici sustulimus  
naturã: ad quem velut exemplar vitam formes oportet;  
legemq; tibi mores illi? putes & imitatore m te emulũq;  
virtutis paternę præbeas, Turpe nãq; fuerit pictores pul  
cherrima quæq; exprimere animantium, & liberos non  
imitari industriam parentum. Existimes autẽ nullum ita  
pugilem contra aduersarios suos decere meditari: sicut te  
considerare: quo pacto cum patris tui ratione viuendi de  
certes: fieri autem non potest vt animum quisquã taliter  
formet: nisi multis ante honestisq; præceptis fuerit exple  
tus. Corpora nãq; moderatis laboribus: animus vero a  
ctiõibus honestis roboratur. Experiar igitur breuiter ea  
tibi exhibere, quibus obseruandis in vita plurimum vi  
dearis virtutibus additurus, & gloriam cunctos apud ho  
mines consequuturus.

**P** R I M V M quidem pie diuina colas, non solum sa  
crificans, verũ etiam quod iuraris præstans. Illud em̃  
affluentię opum est signũ; hoc morũ pbitatis indicium.

Numen venerare semper quidem: præsertim qd' ci  
uitas, sic enim simul videberis sacra deo facere, legibusq;  
obtemperare.

Talem te exhibeas erga parentes: quales exhibere se  
tibi voles ex te progenitos.

Firma exercitationibus te corporis: non ijs, quæ robo  
ri, sed quæ sanitati cenducunt. Id assequaris si desinas la  
borare, tolerando adhuc laboris sufficiens.

Neq; in risum procliuius esse velis, neq; in verba confi  
dens: illud enim stulti est, istud furentis.

Quæ factu turpia sunt, ne dictu quidẽ putes honesta.

Fac assuescas nõ tristis esse, sed cogitabũdus. Propter  
illud enim ferox: propter hoc prouidus esse crederis.

Putes in primis decere te modestiam, pudorem: iusti  
ciam, temperantiam, Istis enim omnibus contineri pro

## ISOCR. AD DEMONICVM.

bitas adolescentium videtur.

Nep̄latit usq̄ te si turpe quippiã feceris, speres: vt em̄ alios celes, te ipsum tamẽ conscium habebis.

Deum time: parẽtes honora: amicos reuerere: legib⁹ obedi, voluptates sectare gloriã iunctas, oblectatiõẽ em̄ cū honestate nihil est melius: sine illa vero nihil est peius.

Obtrectationes deuites: tametli fuerint falsę: vulgus enim veritatem ignorat, opinione męq; potius spectat.

Sic facito cuncta: velut neminem celatur⁹, tametli em̄ parumper occultes, postea tamen detegeris.

Plurimum tibi opiniõis adiunges: si appareat ea te nõ facere, quã si fuerint ab alijs facta, reprehendas.

Si cupide didiceris: multa quoq; disces, Quorum habes doctrinam, ea meditationum custodias curis: at, quã nescis ea perceptis adiunge doctrinis. Aequẽ nãq; turpe est eum, qui vtilem audit orationẽ nõ addiscere, & cui datur ab amicis munus aliquod, non recipere.

Vitę otium studio percipiendę eruditionis impende, sic enim difficulter ab alijs inuenta, facile tibi percipere contingeret.

Putã multitudinẽ præceptionum multis opibus esse potiore: istę enim celeriter dilabuntur, Illę in omne p̄manent tempus. Sola enim rerum omnium immortalis est sapientia.

Ne pigeat longum facere iter ad eos, qui conducibile se aliquid docere profitentur.

Turpe nãq; fuerit mercatores tanta trãsire maria, quo cumulationes suas opes efficiant: adolescentes vero ne tera quidem sustinere proficisci aliquo; quatenus meliorẽ suam faciant mentem.

Moribus fac, vt sis comis; verbis autem affabilis. Est autem comitatis; benigne obuios appellare: Affabilitatis; familiariter cum ipsis verba communicare.

Benignum te prebeas cunctis; optimis autẽ vtaris. Sic & illis inimicus non eris, & istis amicus fies.

PARAENESIS. 7

Nec crebro conuenias eosdem; nec diu cum eis agas de eisdem. Satietas enim est omnium.

Exerce spōraneiste ipsum laborib⁹, vt addactos quoq; perferre queas.

A quibus turpe est animum vinci eorum omnium tē perantiam exerce: lucri; irā; voluptatis; doloris. Id autē continget: si lucrum putaueris id, quo gloriā augeas: nō quo diuiti⁹ addas.

In ira si talis sis aduersus peccātes, quales delinquenti tibi esse alios velles; In iucundis, si turpe putaueris, seruis te tuis impare, voluptatib⁹ vero seruire. In aduersis: si alie nas respicias calamitates, tibiq; quod homo sis, in memoriam subinde deducas.

Verborum magis q̄ pecuniarum deposita tuere: decet nāq; viros iureiurandote fideliores prestare.

Consentaneum puto perinde malis non credere, quē admodum fidem bonis habere,

Quæ nolis cfferri: nemini dixeris, nisi tantundem ex pediat ea taceri, & tibi dicenti, & illis qui audierunt.

Iusiurandum adactum: p̄ ter duas accipito causas: v̄ vt te ip̄m turpi crimine exoluas, v̄ vt amicos tuos in magnis periculis serues. Pecuniarum autē gratia nullum numen iuraueris. Videberis enim alijs peierare, alijs pecuniarum cupidus esse.

Nullum fac amicum: nisi exploraueris āte, quo pacto prioribus sit vsus amicis, Spera nāq; ipsum erga te futurum talem: qualis & erga illos fuit.

Tarde fias amicus, fact⁹ autē; da operā, vt permaneat. Tātundem enim dedecoris est, & nullum amicum habere, & crebros subinde amicos mutare.

Nec cum dāno amicos probes; nec inexpertus ip̄s esse velis. Hoc autē facies: si & cum nullius indigeas, te si mules indigere, & illa quæ vulgari nihil referat, velut oc cultā dā cōcredas, deceptus enim opinione, nihil offēdes: nō decept⁹ mores ille; reb⁹ fictis nosces; amicos p̄ba: et

## PARAENESIS.

ex vitæ aduersitate & ex periculorū societate. Aurū enī igne p̄spicim⁹, amicos vero inter aduersa cognoscimus, Amicis hoc pacto vteris cōmodissime, sinō tu ab eis rogeris: expectes; sed pollicens vltro ipsis in tpe succurras. Aequè putes turpe, & ab inimicis superari iniurijs, & ab amicis superari beneficijs. In familiaritate proba nō solum in malis tuis indolentes, verum etiam bonis non in uidentes; multos enim qui cū in foelicibus mœrent; p̄ peritatis illorum inuidia torquet.

Absentia amicorum fac memineris apud praesentes: vt rationē etiam istorū quoq; absentiu habere videaris. Circa vestitū elegans, nō splēdidus esse vellis. Est autē elegātis qdē magnificū: splēdidi vero profusū. Amare nō in imēsam possessionē, sed moderatā p̄fruitionē. Cōtemne diuitiarū studio occupatos, atq; n̄s q̄ habēt vti nescientes. Simile nanq; contingit illis quod equum possidenti bonū: & equitare nescienti.

Adnitere diuitias tibi, pecunias scilicet, atq; possessiones apparare. Sunt autē pecuniæ illorū; qui recte ipsis frui sciunt, possessiones quæ ipsis vti queunt.

Diliges, quas habes facultates, duas ob causas: vt & magnum aliquod damnū resarcire, & amicis probis laborantibus possis opem ferre; ad reliquum vitæ vsū non plus æquo: sed moderate ista concupisce.

Amplectere quidem presentia: quæ rāsq; meliora.

Nulla calamitatem exprobraueris; cōmūis enim est fortuna, & futurum incertum.

Bonis benefac; honestus enim thesaurus est gratia, quæ a bono viro debetur.

Similis bñficias simile tibi contingeret; quod qui alienos canes pascāt, illi enim dātī, sicut temere accurrētī, allatrāt: mali q̄q; eos q̄ p̄sūt: sicut q̄ nocēt, similiter offēdūt.

Adulātes aduersare p̄inde atq; fallētes: vtriq; enim cū eis fides habetur. iniuria afficiūt teos qui sibi crediderunt.

Si amplexus fueris amicos. q̄ ad pessima gratificāt; nō ha

bebis vnquam; quī tibi ad ea, quæ sunt optima, sequendū  
 assistant.

Comem te prebeas eis: quibus cum conuersaris: & non  
 insolentem, Superborum enim fastum vix serui quoque  
 perferent; at morū comitatem cuncti benigniter acceptāt.

Eris autem comis, si neq; iurgator sis; neq; implacidus;  
 neq; cum omnibus contendas; neq; iræ eorum cum qui-  
 bus agis, celeriter occurras, neq; si iniuste quidem fuerint  
 irati, sed efferuescentibus concedas; deinde ipsos, vbi relan-  
 guent ira, reprehendas. Neq; inter ridicula serijs, neq; in-  
 ter seria ridiculis gaudēas. Intempestiuum enim vbiq; est  
 molestum. Neq; ingrate gratiam in eas, quod multis eue-  
 nit, qui faciunt quidem, sed egre tamen amicis inseruiunt,  
 Neq; cupidus fueris, vel culpandi, quia graue est; vel casti  
 gandi, quia est acerbum.

In primis caue tibi a potandi consuetudine, quod si quā  
 dō tulerit tempus, ante ebrietatem surge; cum fuerit mens  
 vino corrupta, patitur idem, quod currus solent, qui suos  
 effuderunt aurigas. Illi nāq; nullo ordine (suis destituti re-  
 ctoribus) feruntur, animus quoq; plurima peccat ratione  
 subuersa.

Immortalia sentias, magnitudinem anni præ te ferens;  
 mortalia vero moderate præsentibus perfruendo.

Tanto modestiam meliorem immodestia putes, quan-  
 tum est, quod alia quidem omnia peruerse facta lucro sunt  
 eis, qui illa admittunt; sola autem immodestia damno affi-  
 cit eam habentes, plerunq; enim quos verbis offenderūt;  
 illis rebus poenas luunt.

Quorum conciliare tibi amicitiam velis, boni quippiā  
 de eis prædices apud illos, qui sunt renunciaturi. Principiū  
 enim amicitiae laus est. Inimicitiae vituperium.

Quum consulis, præterita sumas in exemplum futuro-  
 rum, latens enim ex eo, quod apertū est: expeditissime po-  
 teris cognoscere.

Delibera diu, celeriter vero confice quod decreuisti.

## ISOCR. AD DEMONICVM.

Optimum puta cōtingere nobis a Deo prosperitatē, & a nobis ipsi prudentiam.

Quibus de rebus libere proloqui te pudet, visq; cum amicis aliquibus de eis communicare, verbis velut de alieno negotio vtere. Sic enim & illorum sententiam nosces: teq; ipsum haudquaquam manifestum reddes.

Quum super tuis rebus aliquem in consilium tibi assumes, considera primum, quo pacto tuas ipse res gessit.

Qui enim male administravit suas, nunquam bene consulit in alienis.

Ita poteris maxime ad consulendum excitari, si calamitates, quas affert temeritas, spectes. Sanitatis nāq; tūc precipue curam habemus, cum valetudinis aduersæ dolorum recordamur.

Regum imitare mores, illorūq; vitæ rationem sectare, videberis enim amplecti illos, vel emulari. Itaq; apud multitudinem tibi maiorem continget laudem assequi, & constantiore regum benevolentia perfrui.

Obsequere legibus, quas reges statuunt, firmissimam tamen legem mores illorum putes. Sicut enim qui rempublicam gubernat, opus habet populum obseruare: ita sub principatu viuentem, maxime regem decet honorare.

Magistratu præditus nemine ad obeunda ministeria malo vtere. Quæ enim ille deliquerit, eorum in te culpa referetur.

Ex publicis administrationibus abeas, non opibus cumulator, sed gloria honestior.

Multis enim opibus præstantior est multitudinis laus. Nullam rem inhonestam neque dicto, neque facto iuraris. Videberis enim ipse talia facere, qualia facientes alios tueris.

Sic te compara, vt alijs superior esse possis: sis tamen quo contentus, vt iusticiam videaris expetere, non propter imbecillitatem, sed propter æquitatem.

Elige iustam potius paupertatem, quam diuitias iniur

PARAENESIS.

frat. Tanto enim præstâtior opibus est iustitia, vt illæ solis diuitibus profint, hæc vero defunctis etiam gloriam præstet, & illæ passim improbis contingant, hæc malis prorsus sit inaccessa.

Neminem tibi funxeris eorum, quibus iniusticia lucro est; sed potius eos, qui propter iusticiam ferunt iacturas. Iusti enim & si nulla alia re superent iniustos; honesta tamen spe ipsos antecellunt.

Omnium curam gere, quæ ad vitam pertinent, maximeq; omnium preuentiam tui ipsius exerce, maximum enim in minimo est mens bona in humano corpore.

Operam da, vt sis corpore laborum patiens, animo sapientiæ appetens, vt illo perficere possis decreta; hoc decernere facienda.

Quicquid dicturus es; prius apud animû tuum expend. Multorum enim cogitationem lingua præcurrit.

Putare rerum humanarû nihil esse firmum; ita nec in prosperis læticia gesties; nec in aduersis dolore concides.

Duo tibi tempora ad discendum deputa, vel cum sint aliqua de re, de quibus exploratum habeas; vel de quibus dicere est necesse.

In solis enim istis potior est silentio sermo; in reliquis melius fuerit tacere, q̃ loqui.

Gaude cum tibi conuenerint bona; moderateq; dole, vbi inciderint mala; neutrius tamen animi in alijs esse velis manifestus; absurdum enim est recõditas in domibus opes asseruare; & cogitationem p̃patulo positam circumferre.

Magis dedecus vitæ, q̃ periculum.

Oportet enim malis formidabilem esse finem vitæ; probis vero vitam cum turpitudine coniunctam.

Conare in primis vitam in tuto collocare. Quod si tamen contigerit in periculum te deuorari, quare in bello salutem cum honesta opinione; & non cum pudenda fama. Mori namq; cunctis preuentia decreuit, sed honeste viata decedere; id bonis tantû viris proprium natura cõcessit,

**N**emirum tibi videatur, si multa quæ diximus haud  
quaquam præsentitæ conueniunt ætati. Nō enim  
id me latebat: sed statui eadem opera & præsentis vitæ cō  
siliū tibi proferre: & futuri temporis monita relinquere:  
quæ quanto tibi sint vsui futura, facile cognoscas: qui ve  
ro tibi cum beneuolentiā consulat, difficulter cōsequeris.  
Ut ergo reliqua non ex alio requiras: sed hinc velut ex  
grario proferas, decreui nihil eorum prætermittere quæ  
cunq; tibi possem in consiliū afferre. Gratiam autem ha  
beo deo ingētem, si, quam de te concepi: nō me fallat opū  
nio. Plerosq; enim videmus, vt tibi iucundissimis potius,  
quam saluberrimis delectari: ita seducētib; a vero ami  
cis potius accedere, quam illis: qui ad meliora hortentur.  
Te vero puto cōtra instituisse pergere, iudiciū mihi tuū  
circa reliquū vitæ cultum industriā sumens. Qui enim  
rectissima sibi ipse agere indicit, consentaneum est eū alio  
rum ad virtutem exhortantium monita non segniter am  
plecti. Præcipue excitabit te, vt rerum honestarum amore  
tenearis: si perspexeris, quod ex ijs voluptates perquam  
legitime habemus. In secordia namq; satiā darumq; libidi  
num studio: cōtinuo sunt labores voluptatibus adiuncti:  
enixus vero ad virtutem conatus: modestaq; vitæ institu  
tio synceras semper, certioresq; referunt oblectationes. Et  
illic quidē gauisi primū, postea dolemus: hic post laborem  
voluptates capimus. In cunctis autē rebus non ita princī  
pij meminimus: quæ admodum exitus sēsu mouemur. Plu  
rima enim in vita non propter res ipsas agimus, sed conse  
quentium gratia elaboramus. Cogita autem, quod malis  
conuenit passim, quicquid obuiū est agere. Hanc enim  
protinus vitæ sibi regulā præscripserunt. Bonos vero oportet  
nequaquam virtutem negligere, vel in multorū incur  
rere rephensiones. Cuncti enim non perinde oderūt eos,  
qui se fallunt: sicut qui probos esse se iactant: nullaq; in re  
vulgo sunt preferendi. Recte quidem. Nam si eos qui solis  
verbis fraudē struunt improbamus: quomodo eos, qui to



**PARAENESIS.** *no minimis bonis*  
ta oberrant via, non aspernandos putabimus? meritoy  
credimus istos nō solum in seiplos delinquere, sed & ami  
mi sui proditores, ipse enim opes illis gloriāq; & ami  
ces peperit, illi vero seiplos indignos hac sua fœlicitate  
fecerunt. Quod si oportet eū; qui mortalis sit, scrutari cō  
iectura caelestium mētem, arbitror in familiarissimis suis  
maxime ostendisse, quemodo bonis sint, malisq; affecti  
hominibus. Iuppiter enim Herculem & Tātālū genuit;  
quemadmodū fabulę tradunt, cunctiq; credunt, & illum  
quidē propter virtutē immortalitate donauit, hūc pro  
pter improbitatem grauissimis calamitatibus oppressit.  
Quibus vtentē exemplis expetere deest honestatē, &  
non modo his, quæ nos diximus, sed ex poētis pulcher  
rimū quodq; ediscere, & reliquos eruditos, si quid dixe  
runt, vtile scrutari. Quēadmodū enim videmus apem  
omnibus flosculis insidētē, & de vnoquoq; optima car  
pentem, ita oportet, qui vitę disciplinā expetunt; nullius  
rei rudes esse, & vndiq; quę sūt vitilia, colligere. Vix em̄  
quis hac diligentia nature poterit errata superare.

**FINIS.**

**DES. ERASMV S RO.  
TERODAMVS  
STVDIOSIS  
SALVTEM.**



**P**LVRIMAM quidem gratiā deberi fa  
teor ijs, qui bonos autores vel obsoletos  
in lucē reuocāt, vī deprauatos repurgāt,  
vel obscuros illustrant, verū hoc religio  
nis debet scriptorū monumētis, p̄sertim  
vita defunctorū, ne pmixtis alienis conta  
minent, id qđ fieri cœptū est in Lexicis, tū Grecis, tū La  
tinis, Et in Gręco quidē videbatur ignoscēdum, eo quod

id, quod primum ex Aldi prodijt officina, nullū certum  
autorem prætulit. Quāquam hic quoq; magis inge-  
nū fuerit notulis discernere, quod quisq; adiecerit, vel  
ob id, neqs sua laudis portiōe fraudetur, vel quo minus  
supini sint, qui apponunt auctarium, dum intelligūt hoc  
sue fame periculo fieri. In Calepino minus excusabiliter  
idem factum audio. In Perotto vero vix ferendum sit. In  
cæteris autoribus idē audere piaculum etiam fuerit. Ve-  
luti si quis Guilhelmi Budei Assen passim assutis appē-  
dicibus contamineat, an non vir ille capitis accerfet in qui-  
natorem, & falsi rerum peraget? At qui crimen erit atro-  
cius, vbi Libitina sacrarit opus, nec iā liceat auctori repur-  
gare, quod conspurcatum est. Ac fortasse leuius piaculū  
videtur, quod id nūciat a doctis, verum semel receptum  
exemplum mox vsurpabitur a quibuslibet in quoslibet.  
Itaq; dum seruitur quæstui typographorum, confunden-  
tur omnia veterum monumenta, & fient publica, quæ tā-  
tis eruditorum vigilijs condita sunt. In re tam periculosa  
si dormiunt leges, si conuiuent principes ac magistratus,  
certe senatus populusq; Musarum, debet om̄ibus copijs,  
tam impiam audaciam, vel excludere, vel coërcere, & si  
nihil aliud licet, publicis execrationibus deuorare, filio-  
rumq; mucronibus confodere. In meo Catūculo in quo  
mutarant ordinem, leuis est tactura. Nec id tam meū  
ago negotium, quam om̄ium eruditorum, qui suis  
laboribus de publicis studijs bene merentur. Et  
nihil est tam impium, quod non audeat lu-

cri cupiditas, quæ & numinum re-  
bus admolitur manus, nec a  
mortuorum loculis sis  
hī tēperat. Bene  
valete & caue-  
se in tem-  
pore.



# AD LESBIVM

METRVM PHALOECIVM

Hendecasyllabum, de numero

Themation,


**V**T quicquid cupis assequare Lesbi,  
Non magnos opus est pares patronos.  
Si rubristumeat crumena nummis.  
Nummo non melior patronus vllus.  
Sin vero tibi desit ille tutor,  
Ne quicquam (mihi crede) amice Lesbi  
Facundus Cicero patrocinetur,  
Persuadet citius nihil beata,  
Impetrat citius nihil crumena,  
Hac quodcūq; voles eris repente,  
Facundus, generosus, atq; bellus,  
Inuictus, sapiens, amabilisq;  
Hac & consuleris, & imperator,  
Hæc, te si cupies deum creabit,  
Aequabitq; Ioui, Sed vituperes  
Cessabit loculos grauare nummus,  
Fies rursus eras quod ante Lesbi,  
Tam gratus venies tuis amicis,  
Quam primum putoparsimoniarum  
Aduentare diem his, madens lagena,  
Quos & semper olens iuuat culina.  
Sic dum loculos haberi Lesbi  
Cessas, desinis esse charus, æra  
Desisti dare, desisti amari.

F I N I S,

APVD INCLYTAM GRANATAM  
ANNO. M. D. LIII.

AD LESBIVM  
MTRVM PHALOCIVM

Hendrickylobrum de numero  
Tenthion



Aethereum quicumq; cupis conscendere regnum,  
Ex his difficilem, tu tibi sume viam.

APVD INGLIAMI GRANATAM  
ANNO M. D. LXX.

# CONTEMPTVS MVNDI.



Artula nostra tibi mandat dilecte salutes.  
Pauca videbis ibi, sed nō mea dona refutes  
Dulcia sunt anime solacia, quę tibi mando.  
Sed p̄sūt minime, nisi serues hęc operādo.  
Quę mea v̄ba monēt, tu noli tradere v̄to,  
Cordis in aure sonēt, & sic retinere memēto.

Vt tibi grande bonum nostri monitus operentur.  
Per quod Dei donum tibi cęlica regna parentur.  
Menti syncerę possunt hęc verba placere.  
Hoc iter ostendit, quo mundi gloria tendit.

**V**Ox diuina sonat, quod nemo spem sibi ponat  
In rebus mundi, quę causam dant pereundi.  
Quisquis amat Christum, mundum non diligit istum.  
Sed quasi fetorem spernens illius amorem.  
Æstimat obscœnum, quod mundus credit amœnum.  
Totum vile scit, sibi quicquid in orbe nitescit.  
Vitat terrenum decus, vt mortale venenum.  
Abiectoq; foris cœno carnalis amoris.  
Ad regnum cęli suspirat mente fideli.  
Iamq; fide plena paradisi sperat amœna.  
Tu quoq; frater ita carnis contagia vita.  
Vt placeas Christo, mundodum viuis in isto:  
Ne tibi sint curę res ad nihilium rediturę.  
Quę cito labuntur, magnocq; labore petuntur.  
Nec modolæteris, quia forsan cras morieris.  
Per nullam sortem poteris repellere mortem.  
Nullus tam fortis, cui parcant vincula mortis.  
Cur caro lætatur, quia vermibus esca paratur?  
Nunc locus est flendi, locus est peccata luendi,  
Postea gaudebit, qui nunc sua crimina flebit.  
Iam iam lætetur qui gaudia summa meretur.  
Gaudia stulorum cumulant augmenta dolorum.

**A**

Talia prudentes fugiunt, ea despicientes.  
Cur cito non spernis, quæ prætereuntia cernis?  
Nonne vides mûdum nimis miserû & moribûdû,  
Sub gladio diræ mortis languendo perire?  
Mors refecat, mors omne necat, qd' carne creatur,  
Magnificos præmit, modicos, cunctis dominatur,  
Nobilium tenet imperium, nulli reueretur,  
Tam ducibus, quã principibus cõmunis habetur.  
Mors iuvenes rapit, atq; senes, nulli miseretur.  
Illa fremit, genus omne tremat, qd' in orbe mouet.  
Illa ferit, tota caro perit, dum sub pede mortis  
Conteritur, & non eripitur vî robore fortis.  
Cur igitur, qui sic moritur vult magnificari?  
Cur nimias sibi diuitias petit ille parari?  
Instabiles sumus, & fragiles mulisq; ruinas  
Aterimur, sic iam trahimur sub tempore finis,  
Prætereunt, & non redeunt mortalia quæq;  
Hęc statio manet in dubio sic nocte dieq;  
Vita brevis velut vmbra leuis sic annihilatur;  
Sic vadit, subitoq; cadit, dum stare putatur.  
Quis redimit, cû mors perimit, quia fœdera nûq;  
Nec precium, nec seruitium, mors accipit vnquam,  
Sed quid plura loquar: nulli mors impia parcat,  
Non euadit inops, nec qui ma'supia farsit,  
Non igitur cesses ea, quæ bona sunt operari,  
Nam mors non cessat tibi, nocte dieq; minari,  
Amplius in rebus noli sperare caducis,  
Sed cupiat tua mens eterne gaudia lucis,  
Fallitur inspiens vite præsentis amore,  
Sed sapiens noscit, quantum sit plena dolore.  
Quicquid formosum mûdus gerit aut preciosum  
Floris habet morem, cui dat natura colorem,  
Mox vt siccat, totus color annihilatur,  
Postea nec florem monstrat, nec spirat odorem,  
R Egia maiestas, omnis terrena potestas,  
Prosperitas rerum, series longinqua dierum,  
Transiet absq; mora, cum mortis venerit hora.  
Mundi quid sit honor; qd' nûc tibi scribere conor.

**N**osti quippe satis, quia nil habet utilitatis.  
**I**nspecte quam fragilis, quā fallax, quam sit inanis  
**M**undus, & illius gloria, quam cupimus ipsi,  
**P**redia terrarum, possessio diuitiarum,  
**F**abrica murorum, grandis structura domorum,  
**G**loria mensarum, cum delicijs epularum,  
**I**nsignesq; thori, cuppe, cyphicq; decori:  
**R**esplendensq; vestis: que morib<sup>9</sup> obstat honestis.  
**G**rex armentorum; spaciosus cultus agrorum:  
**F**ertile vinetum, diuersa vite repletum,  
**G**loria natorum, dilectio dulcis eorum:  
**C**uncta relinquentur, nec post hæc inuenientur.  
**Q**uod breuiter durat, quis prudens acgrere curat?  
**N**on metuens hominē faciet mors aspera finem  
**R**ebus mundanis mendacibus & male sanis.  
**C**ausa grauis scelerum cessabit amor mulierum,  
**C**olloquium quarum nihil est, nisi virus amarum,  
**P**rebens sub mellis dulcedine pocula fellis.  
**N**am decor illarum laqueus fallax animarum,  
**C**um verbis blandis fallacibus atq; nefandis  
**I**llaqueant stultos, & ferunt ad tartara multos.  
**T**empora transibunt, & gaudia vana peribunt.  
**E**t parient fructum tristem per secula luctum.  
**O**mnibus hoc dico, ne se subdant inimico.  
**N**e supplantetur, qui captus in his retinetur.  
**N**oli confundi misera dulcedine mundi,  
**N**am sua dulcedo dilabitur omine foedo.  
**Q**uæ trepidas mentes, & mollia queq; sequentes  
**F**allit mulcendo carnem, blandeq; fauendo,  
**P**ostea finitur, nec iam dulcis reperitur;  
**S**ed fit amara nimis, non æquans vltima primis,  
**E**t graui ter pungit miseros, quos primitus vnxit.  
**N**am sic illusos, & semper mollibus vsos,  
**D**amnatos digne post mortem mittit in ignem.  
**A**tq; voluptatem conuertit in anxietatem.  
**E**t sit flamma furens illos sine fine perurens.  
**T**alia lucra ferent studijs, qui talibus herent,  
**S**ed qui saluari vult, perpetuoq; beari,

A 7

Christo deuotum studeat se tradere totum:  
Eius inhaerendo præceptis & faciendo,  
Quæ scripturarum monstrant documēta sacrarū,  
Accipiet vere, qui vult hæc iussa tenere,  
Sedibus in lætis æternæ dona quietis,  
Quæ cunctis dantur, qui corde deo famulantur,  
Hic est seruatorum requies, & vita suorum,  
Gaudia quæ præstat, tribulatio nulla molestat,  
Gloria solennis manet illi, paxq; perennis,  
Semper honoratos, semper facit esse beatos:  
Quos recipit secum, quia quâuis iudicet æquum,  
Plura tamen dantur sanctis, quam promereantur,  
Omnia dat gratis diuinæ fons pietatis,  
Pro labore leui confert bona perpetis æuis,  
His qui saluantur, sic bona multa parantur,  
Sic mala multa malis mors præparat exitialis,  
Isti gaudebunt, illi sine fine dolebunt,  
Nemo potest fari, nec cernere, nec meditari  
Gaudia iustorum, sed nec tormenta malorum,  
Quam male fraudatur, quam stulte ludificatur,  
Qui propter florem mundi vanumq; decorem,  
Qui prius apparet, & quasi ros protinus aret,  
Vadit ad infernum, perdens diadema supernum,  
Quod dominus donat cunctis, quos ipse coronat,  
Errat homo vere: qui cum bona possit habere,  
Sponte subit pœnas, infernale scq; catenas,  
Huius amor mundi putet parat ima profundū,  
Protinus extinctus moritur, qui mittitur intus,  
Semper ad ima cadit, semper mors obuia vadit,  
Nec venit ad metas mortis miserabilis ætas,  
Nescia finiri, semperq; videtur oriri,  
Semper vexando, semper gemitus renouando,  
Ingerit ardores infinitosq; dolores,  
Sunt ibi serpentes flammæ ex ore vomentes,  
Funestos dentes, & guttura torua gerentes:  
A flatu quorum pereunt animæ miserorum,  
Sunt ibi tortores serpentibus horridiores,  
Deformes, nigri, sed non ad verbera pigri,



Nunç lassantur, sed semper ad hæc renouantur.  
 Et mala seruentes sunt, ad tormenta recentes.  
 Semper tristati, semperq; ferire parati,  
 Semper inardescunt, nec cessant, nec requiescunt.  
 Sic exercentur, nec parcunt, nec misereantur,  
 Quam male daminatur, quã fortiter excruciatur.  
 Qui fert tantorum feritatem suppliciorum,  
 Quid tunc thesauri? quid aceruus proderit auris?  
 Cum peccatores mittentur in inferiores  
 Inferni latebras, ignem pariterq; tenebras.  
 Semper passuri, nec ab his vnquam redituri.  
 Tunc flens & tristis, qui pœnis traditur istis.  
 Maler præteritẽ qm̄ omni tempore vitę  
 Pauper vixisset, quam diuitias habuisset.  
 Stat male securus, qui protinus est ruiturus.  
 Nec bene letatur, cui pœna dolorq; paratur.  
 Non igitur cures, gazas acquirere plures.  
 Gazas fallaces, incertas, atq; fugaces.  
 Quę magis oprantur, cū plenius accumulatur,  
 Nec fatiant mentem, semper maiora petentem.  
 Diuitię tales, sunt omnibus exitiales,  
 Nam sibi credentes faciunt miseros, & egentes.  
 Post carnis vitam per blandimenta nutritam,  
 Experte q; boni tradentur perditioni.  
 Nemotamen credat, q̄ ista luce recedat  
 Ignibus arsurus, vel propter opes periturus,  
 Si proprium seruet, si diuitias coaceruet.  
 Quamuis sit rarum, poterit possessor earum  
 Iuste saluari, si fugiat nomen auari.  
 Viuat prudenter, gazas habeat sapienter,  
 Non abscondendo, sed egenis distribuendo.  
 Sed satis est notum, quia plus dimittere totum  
 Prodest, q̄ temere quę sunt incerta tenere,  
 Tutius est vere morsus fugiendo cauere,  
 Quam prope serpentẽ procūbere virus habentẽ,  
 Sic est de mundo, quare tibi consilium do.  
 Quatenus hoc spretote tradas pectore læto  
 Seruitio Christi, cui traditus ipse fuisti.

Hic tibi præbebit regnum, quod sine carebit,  
Huic si serueris, cellis opibus poteris,  
Tollere quas fures nequeunt, nec rodere mures,  
Collige thesaurum, qui gēmas vincit & aurum,  
Quere bonos mores thesauros interiores,  
Gazas congelstas præcellit mentis honestas,  
Nam miser est & erit, qui mundi prospera querit,  
Est diues vere, qui non ea curat habere,  
Qui bonus est intus fidei munimine cinctus,  
Cum bona quis tractat, cum se virtutibus aptat,  
Semper honestatis studium tenet & probitatis,  
Si nihil est fordis, quod polluat intima cordis,  
His delectatur dominus, qui cor speculatur,  
Thesaurus talis præciosus spiritualis,  
Comparat eternam vitam, patriamq; supernam,  
Congregat in cælis thesauros quisq; fidelis,  
Per que bonos mores ad summos tendit honores,  
Nec modo vult fieri locuples, nec magnus haberi,  
Sed semper minimus, semper despectus & imus,  
Plus paupertatem cupiens, q̄ prosperitatem,  
Hæc ideo tolerat, quia cæli gaudia sperat,  
**P**AUPER amabilis, & venerabilis, & benedictus,  
Diues inutilis, & miserabilis, & maledictus,  
Qui bona negligit, & mala diligit, intrat abyssum,  
Nulla potentia, nulla pecunia liberat ipsum,  
Irremeabilis, insatiabilis illa vorago,  
Hic vbi mergitur horrida cernitur omnis imago,  
Hæc cruciamina per sua crimina promeruere,  
Vir miserabilis, æuq; flebilis hæc subiere,  
Iussa dei pia, iussa salubria si tenuissent,  
Vir neq; scemina, nec sua semina morte perissent,  
Sed quia spernere, iussaq; soluere non timuerunt,  
Mors grauis irruit, hoc merito fuit, & perierunt,  
Ianua mortis, passio fortis crimen eorum,  
Attulit orbi semina morbitorq; malorum,  
Illa parentes, atq; sequentes, culpa peremit,  
Atq; parentum deliciarum munus ademit,  
FleBILE fatum dans cruciatum, dansq; dolorem.

Ipsa mereri perdere veri regis amorem.  
Tam lachrymosa, tamq̃ perosa morte perire.  
Atq̃ ferorum suppliciorum claustra subire.  
Est data seua caula per Eua perditionis,  
Dum meliorem sperat honorem voce draconis.  
Hec male credēs, nos quoq̃ ledēs crimine magno.  
Omne tristi subdidit isti sæcula damno.  
Stirps miserorum plena dolorum postea creuit.  
His quoq̃ damnis pluribus annis subdita fleuit.  
Sed deus omnipotens qui verbo cūcta creauit,  
Sic cecidiisse dolens hominem, quē semper amauit.  
Ipse suum verbum transmisit ad infama mundi,  
Exulibus miseris aperire viam redeundi.  
Filius ergo Dei descendit ab arce superna,  
Nunquam discedens a maiestate paterna.  
Qui corpus sumens animatum nomine saluo,  
Processit natus sacro de virginis aluo.  
Verus homo, verusq̃ deus, pius & miserator,  
Saluator verus nostræ salutis amator;  
Viuentiq̃ volens nobis ostendere normam,  
Sed dedit exemplum, rectamq̃ per omnia formam.  
Insuper & multos voluit sufferre labores.  
Atq̃ dolore suo nostros auferre dolores.  
Sponte sua moriens, mortem moriendo peremit.  
Et sic perpetua miseros a morte redemit.  
Quod nō debebat soluens, ita fons pietatis  
Succurrit nobis mortali peste grauatīs,  
Pondera nostra ferens penitus nosexonerauit,  
Et quicquid crimen vetus attulerat, reparauit.  
Nam de morte pia consurgens vt leo fortis,  
Restituit vitam prostrato principe mortis.  
Sic domini pietas mundum non passa perire,  
Fecit nos miseros ad gaudia prima redire.  
Hoc satis audisti frater, q̃ gratia Christi  
Sic nos saluauit, nostrumq̃ genus renouauit.  
Si sapiis, hoc credas, nec hac ratione recedas.  
Sed quid lucratur credas, qui non operatur?  
Hic male se ledit, male viuens non bene credit.

Crede mihi, magnū fides illa facit sibi damnum,  
Mortem mercatur, quia mortua iure vocatur.  
Hunc sapit ipsa mori sub iudicio grauiori.  
Quam si nescisset, fidei quid dogma fuisset.  
Quod loquor est notum, retinentibus vtile totum.  
Frater id ausculta, venient tibi commoda multa  
Si retinere velis, quia siceris ipse fidelis.  
Hanc per virtutem poteris sperare salutem,  
Atq; beatus eris, si, quæ bona sunt, opereris.  
Ergo verborum semper memor esto meorum,  
Contra tuę mentis sit semper in his documentis.  
Sivis saluari, semper studeas imitari  
Vitam iustorum, fugiens exempla malorum.  
Illis iungeris: quorum nunc facta sequeris.  
Elige sanctorum consortia non reproborum,  
O quam ditantur, qui cælica regna lucrantur.  
Sic exaltantur, qui sanctis associantur.  
Viuunt iucundi, qui sperunt gaudia mundi,  
Qui carnis misera norunt viciosa carere.  
Sub pedibus quorum victus iacet hostis eorum,  
His dabitur vere donum sine fide videre,  
Angelicos choros diuina laude sonoros:  
Dū quibus ante deum referent cū laude trophæi.  
Quod tibi nunc dico, si serues corde pudico,  
Hos inter cœtus viues sine tempore lætus,  
Sed miseri flebunt, quia gaudia nulla videbunt.  
Nunquam cum reprobis tribuatur portio nobis,  
Ad pœnas ibunt, & sic sine fine peribunt.  
Mundus ad hanc partē trahitur per demonis artē,  
Istæq; damna ferent, qui sordibus eius adherent.  
His igitur monitis, tactis, toties repetitis  
Sensu discreto, quę sunt nocitura caueto,  
Preuigili cura, semper meditare futura,  
Quam fera, quam fortis, veniet distinctio mortis;  
Quæ quia pandetur, cum spiritus egredietur,  
Quid sis facturus, vel quos comites habiurus,  
Quam miser infernus; quā nobilis ordo supernus;  
Quę mala damnat; quę sunt bona parta, beatis.

Quantū gaudebūt, quos gaudia summa replebūt,  
Quos illustrabit, quos semper lætificabit  
Visio sancta dei, splendorq; lux faciei,  
Talia volenti dabitur noua gratia menti,  
Cum studio tali dulcedine spiritali  
Mens tua pasceatur, si iugiter hæc meditetur,  
Hoc studium mentem, domino facit esse placentē,  
Curas terrenas magno cruciamine plenas  
Funditus expellit, vitiorum gramina vellit,  
Exitus ostendit, quo mundi gloria tendit.  
Sic æternorum mens tacta timore dolorum  
Deserit errorem, mundiq; depellit amorem.  
Confert tale bonum domini mirabile donum,  
Nam cum mutatur male mēs, deus hæc operatur,  
Virtutum munus prestare potest deus vnus:  
Qui sic seruorum docet intus corda suorum.  
Gaudia dat menti, verax deus hæc facienti.  
Postea summorum flagrescit, amore bonorum,  
Qui bona sectantur, vel dicunt, vel meditantur.  
Sic dominus mōres illos leuat ad meliores,  
Quos hic lugentes videt, auxiliumq; petentes.  
Ergo fide pura te christo subdere cura:  
Auxilio cuius fugias mala temporis huius,  
**A**tria sunt cæli mente patefacta fideli,  
Semper tibi viues, diuino munere diues:  
Si vis sincere Christi præcepta tenere,  
Christo iunguntur, sua qui præcepta sequuntur,  
Nam deus æternū dabit his, regnumq; supernū.  
Gloria cælestis paradisi dedita festis  
Hos faciet lætos, & pax æterna quæ etos.  
Iam delecteris, cum talia præmediteris.  
Ista libens audi, & ad hæc pia gaudia plaude.  
Non tamen ignores per magnos ista labores  
Sanctis acquiri, nec fortuito reperiri,  
Nam quamuis gratis tribuat deus ista beatis,  
Nemo tamen segnis vitæ fert dona perennis.  
Ni melior factus proprios correxerit actus.  
Quæ facit his dignū, dominus vult esse benignū.

A v

Promptum, feruentem, non otia vana petentem,  
Sed regnum cæli non credit corde fideli  
Inspiciens & hebes, sed tu bene credere debes  
Christo dicenti, rapiunt illud violenter,  
Scilicet austeri se distinguendo seueri,  
Mollia spernentes, & carni vim facientes.  
Iugiter intenti domino parere iubenti,  
Res est nota satis, quod nil habet vtilitatis,  
Spiritus inde perit, dum corpus dulcibus quærit,  
Et dum vexatur caro, spiritus alleuiatur.  
Cumque relaxatur, mortaliter ille grauatur.  
Omne quod ostendo, potes videre legendo,  
Indice scriptura poteris cognoscere plura.  
Vitam quærenti dat iter sacra lectio mentis.  
Accipe scriptorum frater documenta meorum,  
Quæ tibi monstraui, quæ dulciter insinuaui,  
Non ea corde graui videas, sed mente suaui,  
Quicquid enim scripsi, multum tibi proderit ipsi,  
Si via virtutis delectet iterque salutis,  
Nam res cælestis (cui nil later) est mihi testis,  
Nil tibi narraui nisi quod prodesse putauit,  
Nec ratio veri debet tibi dura videri,  
Namque per angustum tibi dixi currere iustum,  
Sic probus ascendit, dum semper ardua tendit.  
Hunc facies cursum, si vis ascendere sursum,  
Fortassis puero tibi frustra mittere quæro,  
Sed pater immensus det perspicuos tibi sensus,  
Roboret ætatem, tribuatque tibi probitatem,  
Filius ipse Dei spes nostræ progeniei  
Auctor honestatis, fons perpetuæ bonitatis,  
Virtutum flores, & honestos det tibi mores,  
Spiritus amborum, qui tangit corda suorum,  
Et sine verborum sonitu sit doctor eorum,  
Ipse tuam mentem regat, & faciat sapientem,  
Recte credentem, sacros monitus retinentem,  
Et bene viuendo, mandata Dei que sequendo,  
Leticiam vere lucis merearis habere.  
Que tenebras nescit, maiorque nitore nitescit.

Et cuiusq; datur sine fine beatificatur.

Hoc tibi det munus, qui regnat trinus & vnus.

**I**n re terrena nihil aliud est nisi poena.

**I**n re terrena labor eminet atq; catena.

**I**n re terrena, nec lex, nec iuris habena.

**A** re terrena factorum mens aliena,

**A** re terrena requies remouetur amoena.

**A** re terrena procedunt mille venena,

**P**ro re terrena procul est homo luce serena.

**P**ro re terrena manus enssem tractat egena.

**P**ro re terrena diues vexatur harena.

**D**e re terrena non sit tibi plena crumena,

**D**e re terrena tua mens non fiat amoena.

**D**e re terrena non sit tibi gloria plena.

**E**xitus ostendit quo mundi gloria tendit.

**H**erusalem ciuis fragili dum corpore viuis,  
**I**nteger & sospes transi peregrinus & hospes;

**D**um peregrinaris nolo terrena sequaris.

**E**ffuge res viles Christi fortissime miles.

**E**ffuge iocundi laqueos & reia mundi.

**N**on caelum quaeret, qui terrae totus adharet.

**Q**uem mundana ligant, quem curae mille fatigat.

**Q**uem nec honor miserum satiat, nec copia reit.

**A**spice, festina, pereunt quae cunq; ruina.

**M**orte repentina vi, furto, fraude, rapina.

**V**itaeq; cunctorum breuis & plena dolorum.

**Q**uid caror' vilis hum'?, **Q**uid carnis gloria sumus.

**O**mnis honor fluxus, rerum perit illico luxus.

**O**diues, diues, non omni tempore viues.

**F**ac bene dum viuis, post mortem viuere si vis.

**F**ac quod Christus amat, dum pauper ad ostia clamat.

**P**auperis in specie, nam sepe deus latet ipse.

**A**urum quod nosti, forsitan seruabisur hecsti.

**C**ollige fragmentum, quia pauperis est alimentum.

**N**escis quae seruas, ad opus cuius coaceruas.

**A**urum (quod seruas) auare quid coaceruas?

Quod parcus quæres, effundet prodigus hæres,  
Tu modica fossa clauderis pellis & ossa.  
Heu stolidæ mentes pereunt, peritura sequentes.  
Sed sapiens spernit, quicquid mutabile cernit.  
Et nihil esse putat, quod totum labile mutat.  
Ergo tu totis contemnens infima votis,  
Ad vitam æternam curras, palmamq; supernam.  
Hostem funestum patieris, iterq; molestum.  
Esto luctator fortis, cautusq; viator.  
Non dantur segni cælestis præmia regni.  
Despice labentem mundum, subito fugientem.  
Desere festinus mundum, transi peregrinus.  
Curritur absq; mora, cito transit, ne redit hora.  
Mundicalcator vacuus transitq; viator.  
Ad patriam sospes veniet, qui transit vt hospes.  
Ad mortem cursus brevis est, non inde recursu  
Mors subito veniet: pulvis caro sordida fiet.  
Mundus transibit, sua gloria vana peribit.  
Nullus in hoc fructus sequitur sua gaudia luctus.  
Infima temnamus, ardentè summa peramus.  
Thesaurizemus nobis; dum tempus habemus.  
Regnum cælorum requies est plena bonorum.  
Hic non algores, nebulæ, nox atra, calores.  
Hic viret æternum tempus, sine turbine verum.  
Hic sol iusticiæ radiat, splendorq; sophiæ.  
Hic omnes iusti iuuenes formæq; venusti  
Vt sol fulgebunt, domino simileq; manebunt.  
Nil tibi decrescit, nil languet, nilq; senescit.  
Nil deformatur, nil transit, nil variatur.  
Non ibi merores, omnes procul inde dolores.  
Cuncta manent læta, sunt omnia plena quiete,  
Omnes exultant, omnes laudando resultant.  
Angeliciq; chori diuina laude sonori  
Heclaudât, qd' amât, quod sæcla per omnia clamât,  
Est tibi solennis, iucunda, diesq; perennis.  
Dulcis conuentus, famosa canora iuuentus.  
Pax tibi iucundans, quasi flumē ubiq; redūdans.  
Vnanimes cuncti, velut vno corpore iuncti,



Omnia cernentes sunt, & sua corda videntes,  
Nil tibi deficiet; deus omnibus omnia fiet.  
**O** Gens mortalis, gens ferrea; gens animalis;  
Hic cito festina res exul, res peregrina,  
Huc gressus fuge, mundi de stercore surge,  
Mundo ne credas, quia nescis quando recedas.  
Te rege solicite, fragilis reminiscere vite,  
Postquam migrabis, huc postea non remeabis.  
Est iter angustum, quod ducit ad aethera sursum,  
Hoc pauci querunt, pauciq; sequi potuerunt,  
Cum paucis esto, semper mortis memor esto.  
¶ Plus amat exilium miseri miser o'bis amator,  
Quam patriam, semperq; cupit vagus esse viator.  
Plus mare quam portum miseri miser incola mudi  
Diligit, atq; dolet fieri sine spe redeundi,  
Infelix gaudet in valle iacens lachrymarum,  
Ridet, & exultat in carcere terrigenarum,  
Qua gaudere potest peregrinus homo ratione,  
Dum vagus incertus procul exultat regione,  
Dum captivatur miser in misera babilone,  
Dum dire premitur, dum feruit sub Pharaone,  
Cur Sodemam colitis perituri rem perituram?  
Cur cito non fugitis ruituri rem ruituram?  
Quid gen<sup>o</sup> & species: quid opes & fama valebit?  
Quando nil diues, sed totum pauper habebit,  
Qua'do tremēs mundus Christo veniente patebit,  
Vester Aristoteles, Socrates, seu Plato tacebit,  
Qualis in hac vita fuerit, tunc quisq; videbit,  
Menies corruptas excecat blanda voluptas,  
Audi doctrinam si vis vitare ruinam,  
Foemina res fragilis, res lubrica, res puerilis,  
Mobilis, indocilis, nil in ea nisi lis,  
Corrapit, & tollit: & ferrea pectora molli,  
Prima virum primam mulier deiecit ad imum,  
Foemina Samsonem fregit, David, & Salomonē,  
Non est Samfone maior David & Salomone,  
Foemina, credentem decepit prothoparentem,  
Si dominum queris, fuge colloquium mulieris,

Colloquium quarum nihil est, nisi virus amarum,  
Ebrius ille nimis est, qui submersus in imis,  
Propter foetorem mundi, qui perdit honorem,  
Alea, bacchus, amor mulierum reddit egenum,  
Hæc tria, qui sequitur, nullus ditabitur vnquam,  
Felix latet in melle, sed nec bibitur sine felle,  
Risus habet fletum, nectarq; molestat acetum,  
Vitæ præsentis sic comparo gaudia mentis,  
Cum neutrum duret, nemo comprehendere curet.  
Quod breuiter durat, quis prudens quære curat,  
Omnis in hoc mundo fragilis stat sicut arundo,  
Quem ventus agitat, fluuiusq; simul labefactat,  
Non bene lætatur, cui causa sciendi paratur,  
Non stat securus, qui protinus est ruiturus,  
Sic dare vita statum, nulli valet, illa beatum,  
Cum sit inæqualis; nunc lucida, nunc pluuialis,  
Quæ si forte daret, mors hunc totum annihilaret.  
Quicquid vitæ dedit, tollit dum vitæ recedit.  
**I** Ob de præsentis vitæ breuitate querentis,  
Hæc sunt verba fere, natus homo de muliere;  
Vt flos appareat, venit æstus protinus aret,  
Ergo sperne breuem, vitamq; prælige longam,  
Atq; labore breui requiem pete perpetis æui,  
Fortunæ fragilis fiat tibi copia vilis;  
Quæ nisi vilescat frustra, quem linquit, timeſcat,  
Pauperibus large, nunc dum tua bona sunt sparge,  
Hæres non cure tibi sit tuus o morituro,  
Vos qui diligitis bona, quæ retinere nequitis,  
Et non diligitis, quæ perpetua scitis,  
Humanæ vitæ planctus audire, venite,  
Vt pernoscatis, quam vtile sit, quod amatis,  
Et resipiscatis, ne cum satana pereatis,  
Forma puellarum, deceptio mentis earum,  
Et iuuenum vultus, circa barbam vel adultus,  
Quos leuitas motum laqueis innectit amorum,  
Vno momento, pereunt equalia vento,  
Fitq; cadaver humus, petit impia tartara fumus,  
Flent istos chari, nequeunt sed flendo iuuari.

Quid miser obſcœnas metuis vacuare crumenas?  
Cur cito non parcis, tua dum marſupia farcis?  
Nescis, quod ſeruas, cuius ad opus coaceruas  
Aurum, quod noſti, forſan ſeruabitur hoſti.  
Mors rapiet, quod habes, fiet caro poſt tua tabes,  
Nec tecum tolles plenos rubigine folles,  
Infelix ſtetus iuuat æternos cruciatus,  
Oſtro veſtitus gemmis capite redimitus,  
Potans præclarum, comedens bona deliciarum,  
Ius mucronis habens, & in omni crimine labens,  
Contemptor iuris, & abutens iure ſecuris,  
Qui grauat atq; premit, quos chriſtus ab hoſte redemit.  
Si venit hora cadit, moriens ad tartara vadit.  
Sed ſi ploratur, nunquam plorando iuuatur,  
Lingua facundi ſectantes lubrica mundi.  
Candida de nigrant, atq; nigra loquendo de albant,  
Dum diſſoluuntur, nec nigra, nec alba loquuntur,  
Longum tormentum manet hoſ in valle ſilentium.  
Nam lachrymis ſilentium ſit pœna minor patientium  
Sciatur in omne latus, nocuus cibus immoderatus.  
Et nimis potus venerit ſolet edere motus.  
Tempora longæui breuis eſca tibi dabit æui.  
Non tibi ſit venter dominus, ſed viue decenter  
Parcus veſcendo, parciffimus eſto bibendo.  
Serua guſtando, quid, quantum, quomodo, quando.  
Ergo cura datur ſi victis parcus amatur,  
Vt phyſicus ſatur parcus de morte leuatur.  
Ex nimia cœna ſtomacho ſit maxima pœna,  
Vt ſi ſergo leuis, ſit tibi cœna breuis.  
Cœna breuis, vel cœna leuis ſit carne moeſta.  
Magna nocet, medicina docet, res eſt manifeſta.  
Sume cibum modice, modico natura ſouetur,  
Sic carnem reſice, ne mens ieiuna grauetur  
Qui ſtudet in nummis, hic præfert infima ſummis,  
Dumq; creaturam periturus amat perituram,  
Condita factori præponit & eius amori,  
Semper habere parum Flaccus teſtatur avarum,  
Hunc amor augendi cruciat terrorq; carendi.

Nil secum gustat moriens; nil tunc bene restat.  
Nullus ei fructus remanet, nisi mors, nisi luctus.  
Hunc timor exagitat, quem gaza superflua dicit,  
Sed nihil hic dubitat, qui cuncta superflua vitat.  
Viuu securus, paupertas est sibi murus.  
Diues nil audet; paupertas libera gaudet,  
Excubat & paller diues, torquetur in ostro.  
Tutus in exiguo stramine dormit inops.  
Posse foramen acus citius transire camellum  
Scimus: q̄ valeat homo diues scandere caelum.  
Si quis nos laedat patienter sustineamus:  
Nec malefactori mala, sed bona retribuamus.  
Non satis esse putes, vt ames, quem credis amicum.  
Rex nou<sup>9</sup> & noua lex iubet hoc, vt ames inimicum.  
Dat deus iratus nobis mala, si quid agamus,  
Denegat & nobis sepe misertus idem.  
Sese cognoscat, si quis vult esse beatus,  
Spernere mundū, spernere nullū, spernere sese.  
Spernere se sperni sunt quatuor haec bona nostri.  
Cum quis turpe facit, & me spectante rubescit,  
Cur spectante deo non magis ille rubet?  
Si patriae iudex sciret sua facta, timeret.  
Scit dominus rerum, cur nihil ergo timet?  
Sed tacet, & differt, & mundi crimina punit.  
Puniet, & meritis arbiter aequus erit.  
Gaudia perpetuos paruit mundana dolores.  
Tollit & aeternū viuere vita breuis.  
Menstua terrenis non herearatq; caducis,  
Sed semper cupiat aeternę gaudia lucis.  
Quę carnem mulcent, menibus illa nocent,  
Exiguus labor est, sed merces magna laboris.  
Preterit ille cito, praemia sine carent.  
Iusticiae montes virtutis ad ardua nullus  
Scandet, dum mundi rebus amicus erit.  
Non satis expurgat vitę maculas vitiosas,  
Qui delectatur viuendo delictose.  
Filius a seruo sic dispar esse probatur,  
Ille timet, & amat, qui filius est, & amatur.

**In**grediens animum timor introduxit amorem,  
**I**nductus amor expellit & inde timorem,  
**Q**ui se laudari gaudet, qui vult venerari,  
**F**latibus inflatur, ventum colit & veneratur,  
**E**brius, & plenus vini sit mentis egenus,  
**I**lle facit fraudem domino, qui vult sibi laudem,  
**S**i quis laudatur, merito Deus hæc operatur.  
**E**xitus ostendit, quo mundi gloria tendit.

**Q**ui timet esse bonus, non timet esse malus;  
**E**sse bonus propera, nūquam nimium properabis,  
**E**rgo cito propera, nam cito mors properat,  
**N**āq; caro foenum, flos foeni gloria carnis,  
**P**ræterit omnis homo, præterit esse suum,  
**S**ola manet virtus, faciet te sola beatum,  
**C**ætera prætereunt; despice quæ pereunt;  
**M**e miserum quid agam; porto sub pectore plagā,  
**P**langam peccati foetentis inueterati;  
**T**anq; si portem sub eodem pectore mortem,  
**Q**uam quoties laui, toties amplius ligavi.  
**A**ccorruptela toties est rupta medela,  
**M**ille ligaturas ammouī, nil valituras,  
**S**emper rupta cutis, semper spes nulla salutis,  
**S**ic tons horis mea mens est plena doloris,  
**N**am formidat ita, cito discedere vita,  
**F**lammæ æternas infernalesq; catenas,  
**E**t flammæ horret; quibus vltio crimina torret,  
**D**um tamen hæc meditor, frustra cōsurgere nitor.  
**H**ærens quippe luto præ consuetudine nuto,  
**I**n tot & tantis violauī iussa tonantis  
**C**ur prope despero; spero, melioraq; fero,  
**S**ed quamuis fero, tamen adiutoria quæro.  
**N**on humana quidē, quia sunt mihi cognita pridē,  
**S**ola diuina saluandus sum medicina,  
**F**ilius est ira, qui vult sine fine perire,  
**E**t sine fine perit, qui non sibi congrua quærit,  
**A**d te suspiro cæli non subdita gyro,  
**S**umme sacerdotum tibi profero debile votum,  
**D**extera saluatricis fac careat ista cicatrix.

B

Christe Dei verbum, qui despicias omne superbū,  
Exaltas humiles, tollis de puluere viles,  
Plasmator rerum, lumen de lumine verum,  
Hunc adhibebo manus, vt fecit Samaritanus,  
Ablue diuino saniem cum sanguine vino,  
Et donec viuoperfundito vulnus eliuo,  
Et vino lotum sanetur in irguine foium,  
O maior celo, tibi quod dolet, omne reuelo,  
Culpas agnoscō, laxari debita posco,  
Spernere me noli, quia peccauit tibi soli,  
Nec me trade neci, quia coram te malefeci,  
Mundi saluator, nostręq; salutis amater,  
Per cuius numen recipit cecatio lumen,  
Per cuius nutum replet facundia mutum,  
Ex oculis cordis mihi tolle, quod est tibi sordis,  
Et linguam mutam fac ad bona verba solutam,  
Languida qui sanas, cura repleas, aspera planas,  
Rectificas tortum, mentem conuertis ad ortum,  
His alijsq; malis, mihi quesio sis venialis.

**S**Tella Maria maris, que cū domino dominaris,  
Me pia virgo iuua matura dulcior vua,  
Virgo parens Christi mihi placa, quem genuisti,  
Et tu chare Deo, qui natus es ex Zebedeo,  
Exora pro me Petre nobilis incola Roma,  
Et tu Paule facer vir spiritalis & acer,  
Atq; Dei sancti me pacificate tonanti,  
Omnes electi faciant dominum prece secti,

**Q** Vestio magna dūr multis meditantib; orta est,  
Difficilis nimium præ grauitate sui:  
Cur Deus omnipotens reliquos formādo creauit,  
Quos peccaturos nouerat ipse prius,  
Diues ab æterno, qui diues erat sine mundo,  
Quid pro factura contulit ipse sibi,  
Cur fecit, quia sic voluit, cui tanta potestas,  
Vt quicquid verbo diceret, esset opus,  
Dixit enim sint illa, vel hæc, & facta fuerunt,

Protulit, & fecit cuncta creata simul.  
Et quia sic voluit Deus, est eiusque voluntas  
Causa creaturæ, & sit in esse suo.  
Ad quid fecit eam, nisi vt laudetur ab ipsa.  
Omnia nam laudant voce, vel esse Deum.  
Iste Deus trinus trinum dedit esse creatis,  
Inde, quod edocuit littera sacra; docet.  
Hæc, quæ sunt, vel erunt, vel quæ iam præterierunt,  
Omnia diuina mente fuere Dei.  
Sic status æternus fuit; & sine tempore rerum;  
Qua vita viuunt omnia, vita Deus.  
Cur fecit peritura sciens cui cuncta patebunt  
Ordo diuinus consiliumque suis.  
Sicut enim dominus perituros nouerat ante,  
Quam faceret iuste deficiente malo.  
Nam de lit arbitrij libertatem faciendi  
Omne, quod ex libito cuique placeret, opus,  
Ergo posse bonum; vel posse malum dedit illis;  
Vt virtus aliquem posset habere locum.  
Nam malefactorum sequitur damnatio iusta.  
Et iustis iuste iusta caroque datur.  
Si deus ad partem nos tantum cogeret vnã,  
Tunc nihil afferret gratia vel meritum.  
Ergo credo Deus bona vel mala quæque futura  
Nouit, & ex illis quid bonitatis agant.

**L**ucifer ex merito ceci dit de lapsus ad ima,  
Quod spreuit domino subditus esse suo.  
Ordine præcellens socios superabat honore,  
Lumine transcendens lumina clara poli.  
Nec vir, nec mulier, nec serpens obstitit illi,  
De se præsumens perdidit omne decus.  
Sed quia sponte sua, nulloque mouente superbus  
Exstitit, a summa corruit arce poli,  
Sic merito caruit venia cum luce perenni.  
Qui nec adhuc veniam; nec loca clara petit,  
Vnde dolens se muneribus caruisse supernis,  
Atque sua culpa deseruisse Deum.

B 3

Humano generi virus meditando parauit,  
Quo miser in mortem subuertetur homo,  
Sed quia serpenti mendaci credidit vxor,  
Decipitur coniux: qua mediante ruit,  
Hanc deus ex costa sociam formauerat illi,  
Vt subiecta viro viveret ipsa suo,  
Sed fuit exitium cui debuit auxiliari:  
Et submersa prius merfit ad ima parēem.  
Et quia fallacis fallacia fallere sponſui  
Verba solent, sponſa fallit & ipsa suum  
Hoste malo mala fit mulier, vir per mulierem  
Credat uterq; malo, factus uterq; malus,  
Hostis eum fallit per eam, sed eos perimendo  
Tollit vtrunq; deus, donat vtrunq; sibi,  
Hostis foemina vir tentat, latatur, obedit.  
Et trino mortis vulnere peccat homo,  
Clauſa puella domo, iuuenis delatus ab vrbe,  
Et foetus tumulo Lazarus ipse notat,  
Adam peccauit, sed ei caro foemina serpens  
Fluxa dolota tumens hoc monuere nefas,  
Hunc miser aēdo Deus redimēs, mundās, reparāsq;  
Sanguine fonte sacris sanat, adornat, alit,  
Risus vita decus pro fletu, morte, pudore,  
Sic redemit homini compatiente deo,  
Foemina causa fuit humanae perditionis,  
Qua reparatur homo, foemina causa fuit,  
Foemina causa fuit, cur homo ruit a paradiso,  
Qua redit ad vitam, foemina causa fuit,  
Foemina prima parens iratum reddidit illum,  
Quem facit esse pium foemina virgo parens,  
Eua fuit medium, q; homo foret absq; patrono,  
Virgo fuit medium, q; deus esset homo,  
Foemina prima parens exosa maligna, superba,  
Foemina virgo parens casta, benigna, pia,  
Si Deus est homo, & vult atq; potest misereri  
Quod velit, hoc homini confero posse Deo,  
Ex supradictis iam quaestio soluitur ista,  
Cur deus in mundo condidit omnē quod est,



**O** Mortalis homo casus reminiscere vitæ.  
Dilige pauperiem, mortales effuge gazas,  
Nam reddunt cupidis post carnis dulcia flamas.  
Quamuis perpicuus auro gemmisq; nitescas,  
Pauper & tecum exibis nudus ad umbras.  
Id solum tecum post facta manebit in æuum;  
Quod bene, quod iuste, quod recte feceris ipse.  
Quisquis amat mūdū, tibi prospice quo sit eundē.  
Hæc via qua vadis, via pessima, plenaq; cladis.  
Hæc via poenarum trahit ad loca mortiferarum,  
Et nunquam redit huc, quisquis semel fuerit illuc.  
Nec prece, nec precio rerum, spacioue dierum  
Soluatur illorum de carcere suppliciorum.  
Semper in æternum nox obscurabit auernum.  
Est ibi densarum nigra congeries tenebrarum.  
Nec sol, nec luna, nec stella videbitur vna.  
Segnior est Ethnæ flammis locus ille gehennæ,  
Magnus & horrendus omni magis igne timēdus.  
Semper flagrabit, miseros sine fine cremabit.  
Sunt tibi pro lignis homines miseri, cibus ignis.  
Hic reprobī cuncti, quasi fasciculi sibi iuncti  
Esuriunt, sitiunt, deformes corpore fiunt.  
Hic horrendorum consortia dæmoniorum.  
Sæui tortores omni gladio grauiores,  
Hic dolor, hic metus, sæcula per omnia luctus.  
Sæcula per mille dolor innumerabilis ille:  
His in tormentis non est spes vlla salutis,  
Hæc lucra sibi feret mundi, qui sordibus heret.  
Huc semel ingressus, nullos habet inde regressus.  
Qui fugis infernū, regnum querisq; supernum,  
Tu diuersorum fuge discipulos vitiorum.  
Sperne voluptatem, pulchram cole sobrietatem,  
Hæc quos prostrauit, virtutibus euacuauit,  
Hæc quos subiecit, pecudes sine robore fecit,  
Altera virtutum genitrix dat pectus acutum,  
Sensus subiles, animos clarosq; viriles,  
Hanc breuiter ama, per eam crescet tibi fama,  
Hæc regit & munit superis, coniungit & vnit.

Altera foetorem generat,deformat honorem.  
 Flammam flagrantem maculat dextra radiantem.  
 Non tibi sit venter dominus, sed viue decenter.  
 Parcus vescendo, paratissimus esto bibendo.  
 Vino mutatur sensus, mens infatuatur.  
 Vinum nudauit Noe sanctum, Loth maculauit.  
 Venter propensus hebetat pinguedine sensus, sed bono  
 Prouocat ardorem veneris, mentisq; soporem.  
 Est dilatarı porci, postremo vorari.  
 Nos dilatemur intus, nos foris attenuemur.  
 Sperne vagā venerem, fuge blandiloquā mulierē.  
 Rem despectiuam, rem fluxam, remq; nociuam.  
 Omnibus illa modis res est plenissima nodis.  
 Resq; venenosa, res vilis, res vitiosa.  
 Nemo modum seruare potest imbutus amere.  
 Et quęcunq; iuuat, posse iuuare putat.  
 Cum sis imago Dei res inclyta digna trophæis.  
 Hæres coelorum, comes, & gemma deorum,  
 Fulgentem cultum, fallacem despice vultum.  
 Forma decora foris, tamen intus plena doloris.  
 Stercoris atq; luti, pecorisq; simillima bruti.  
 Despice foetorem Veneris, sectare pudorem.  
 Hæc mens insanit, hæc corpus frangit, inanit.  
 Altera florentem reddit cum corpore mentem.  
 Nec nimia cura periturus ames peritura.  
 Nec seruus serues, nec avarus opus coacerues.  
 Crescit amor nummi, quantum pecunia crescit.  
 Orco siue mari mens equiparatur avari.  
 Est velut hydropicus, aut ignis diues iniquus.  
 Extimat omne parum cupidus, nil implet avarus.  
 Anxius augendo diues, timidus retinendo.  
 Nunquam securus, pauperq; repente futurus.  
**L** Azarus & diues tibi sunt fomenta futuri.  
 Fac bene dum viuis, ni vis moriturus aduri.  
 Indiguit stillæ nam diues splendidus ille,  
 Fac bene dum viuis, post mortem viuere sis vis.  
 Nil moriens differt cum summis infima profert.  
 Diuitiæ restant, post mortem tartara præstant.

Quam foelix anima est, in qua sibi ponere fidē  
Dignatur summi spiritus ipse Dei,  
Omnis habet subitum terrena potentia finem,  
Atq; fuga celeri deserit ipsa suos,  
Ergo time, qui quis celsos ascendis honores,  
Atq; ruinoso stare memento loco,  
A macula sordis munda precor intima cordis,  
Ne cordis lumina faciat sordescere crimen,  
Sis animo magnus, sis moribus agna vel agnus,  
Viue deo soli, quod amat caro, querere nolis,  
Peruigili cura, pete gaudia non peritura,  
Gaudia diuina, quibus est status absq; ruina:  
Gaudia terrena, modo sunt ad tempus amœna,  
Gaudia terrena, comitatur deniq; pœna,  
Gaudia terrena, non petra tenet sed harena,  
Gaudia terrena, cohibetur deniq; pœna,  
Gaudia vera petas, quæ nunq; terminet ætas,  
His igitur spretis pete gaudia plena quietis,  
Nec metuas mortem, communem despice sortem;  
Communis fors est, q; cunctis debita mors est,  
Vt Deus absq; mora tibi det, quæ sunt meliora,  
Dira nescis iura, fera lex, sententia dura,  
In re tam dura pensa, quæ pœna futura,  
Ergo verere meri, lachrymas miscendo timori,  
Sit scelus horrore, virtus habeatur honori,  
Crimina deplora, quibus amodo subtrahere lora,  
Fletibus exora dominum, dum sufficit hora,  
Dum superest hora, fuge quæ sunt deteriora,  
Hæc pete, praua caue, tibi sit graue viuere prauæ,  
Dulcis amice vale, quod sit peccas veniale,  
**C**ognitio talis fiet signis generalis,  
Omnibus in rebus terquinis ante diebus  
Atq; dies vnus mundi dans cernere fumus  
Testes horrore tot habens diriq; furoris,  
Est ostendendus per signa timenda timendus,  
Aequor mundabit, montesq; tumens superabit  
Terquinis, cubitis excedens quattuor istis,  
Non inuoluendo seu fluctibus alta petendo.

Rursus submissum subterfluet æquor abyssum,  
At vix cernatur, quo cursus & vnda feratur.  
Antiquusq; status postquam fuerit reparatus;  
Quicquid aquis tegitur, vita sensusq; positur,  
Æquor inundabit, incerta voce sonabit,  
Voce sua plangent volucres, nec pascua tangent,  
Aera linquentes in campis conuenientes,  
Solis ab occasu crebro labentia casu  
Fulgura splendentē pertransibunt orientem.  
Sydera flammabunt, & longo crine micabunt,  
Motus terra dabit; animal nullum pede stabit,  
Ligna; frondētum nemoiū genus omne virētū,  
Sanguinis humorem sudabunt, omnia rorem,  
Montes soluentur, quasi puluis efficientur,  
Saxa; vis sciudet partem, pars altera findet,  
Quodq; laborauit noster labor ædificauit,  
Tunc confundetur, tunc ad nihilum redigetur,  
Abdita sylvarum fugiet genus omne ferarum,  
Et quasi ploratus dabit in campis vlulatus,  
Venturumq; metum resonans cōmueq; latum,  
Bustis confractis ac omnino patefactis,  
Surgere nitentur, quæ corpora clausa tenentur,  
Vrbibus exhibunt homines properantes, & ibunt  
Passim plangētes sine sensu, nilq; loquentes.  
Summa dies rerum post hæc eritque dierum,  
Et quotq; tot uiuent morientur, postq; resurgent,  
Mundi defecti; nec non ab origine mundi,  
Hi, qui saluantur, qui perpetuo cruciantur:  
Huius terrorem quis diceret, atque dolorem?  
Cum tot tormentis conturbatis elementis  
Cælum, terra, mare; monstrabunt hæc properare,  
Dantia maiorum multis documenta malorum;  
Huius terrorem timeamus, amemus honorem,  
Quo se noscendum plene Deus, atq; videndum,  
Iustus præbebit, secreti nilq; latebit,  
Quod non cernatur, ac in deitate sciatur  
Iniqua gaudebunt, quia gaudia sine carebunt.

FINIS.

# DOCTRINA MENSAR.

IOANNIS SVLPICII VERV.

Iani viri disertissimi de moribus puerorum precipue in mensa seruadis.

Carmen iuuenile.



Vos decet in mēsa mores seruare docem?

Virtuti vt studeas; literūsiq; simul.

Quē pri<sup>9</sup> admoneo, nati puer indole serua,

Perq; tuis oculis hec mea iussa tene.

Sit sine labe toga, facies sit lauta, manusq;

Stiria neq; naso pendeat vlla tuo.

Et nihil emineant, & sint sine sordibus vngues,

Sit coma, sit turpi calceus absq; luto.

Linguaq; non rigeat, careant rubigine dentes.

Atq; palam pudeat te fricuisse caput.

Exprimere & publices, scabiemq; virgere nocentem,

Ne te sordidulum qui videt ista, vocet.

Seu spuis, aut mungis nares, nutasse memēto,

Post tua concultum vertere terge caput,

Mucronem haud tangas digitis: sputum ve reforbas,

Panniculo nasum mungere nempe decet.

Et ructare caue, quin ora in terga reflectas,

Strige os: & crepitum cōge tenere nates.

Mundiciæq; tibi placeant: medio quoq; cultu

Vtere: ne turpis vel videare leuis.

Nec maledicta refer: nec promas turpia dictis:

Est stomachosa quidem dicere turpe tibi.

Moribus vrbanis curato preditus esse,

Parce gulae tibi: luxuriaq; fuge.

Parce & auariciæ: bilem frenare memento,

Inuidulus, timidus, nam ediosus eris:

Desidiam fugies, atq; omnia turpia pelle,

Et ludi turpes sinti procul, atq; viri.

Fidus sis; audensq; bonus, temerarius esse  
Despice, non audax sis, timidusq; nimis.  
Nec penitus metum, nece decet esse loquacem;  
Conuenit ille thoro, conuenit ille foro.  
Et manuetus eris, rectum te lectus habebit.  
De tege nec socium, nec tua membra moue,  
Nec sis difficilis nimium, nec credulus esto,  
Dedecus & metues; & reuerere bonos.  
Fuculis & mendax nunq; nimiumq; seuerus  
Esto, sed comem, munificumq; velim.  
Sis pius, atq; colas superos, venerare parentes.  
Et noceas nulli, surripiasq; nihil.  
Nec sis vinosus, quamuis potasse Catonem;  
Fama refert: fugias sumere vina mera.  
Non sis derisor, non somniculosus, iniquus.  
Non iudex, nec tu testis iniquus eris.  
Omnibus in rebus studeas precor esse modestum,  
Sic auidis laudis, sit tibi cura boni.  
Sic bene moratum laudabimus atq; colemus,  
Sic & honorus eris, sic eris ipse grauis.

¶ Secundus libellus huius opusculi.

**N**unc faciles aures; animū quoq; trade sereno.  
Morigerare mihi, mollia iura dabo.  
Non sum, qui laudem summo te accūbere mane,  
Iudice conueniens me dabit hora cibum.  
Nec vos ante focum coenas producite longas,  
Hoc faciet caupo, qui sapit ista, fugit.  
Sterne toros nitide, lautosq; appone quadrantes,  
Atq; salem, & cererem, flumina, vina, dapes.  
Te vitare velim, cupidus, ne (vt lurco) sonoras  
Contractes fauces, manderè rite decet.  
Et licet antiqui cubiissent pectore prono,  
Te colla hæc ætas recta tenere iubet.  
Et finito mensæ cubitis hæerere potentis.  
Tu tantum faciles pone, repone manus,  
Teq; prius iubeo sed eas, vel raro, sed astans,  
Pocula mitte celer, pone ve, tolle dapes.

Iuratus contiuas semper importare minister  
Effuge, nam turpis sepe sit inde toga.  
Quodque iubebit herus facilis semperque subito,  
Quemque tibi dederit, tu tibi sume locum.  
Quodque vir egregius pauido tibi porriget, illud  
Sume lubens, grates, aptaque verba refer.  
Esto tibi digitus, magnos nec sumito morsus,  
Nec duplices offas mandere vtrinq; iuuet,  
Dapsilis & largus semper, blandeq; sodali  
Impartire tuo, pauperibusque dapes.  
Nec vos obscenos laudabimus, aut comedones,  
Esse decet viuas, viuere non ut edas.  
Namque cibus nimius capiti, stomachoq; nocebit,  
Corporis & vires ingenijque rapit,  
Gausape non macules, aut pectora, nec tibi mentis  
Stillet, sitque tibi ne manus vncta caue,  
Sape ora & digitos mappa siccabis ad: ista,  
In quadra faciet non tua palma moram.  
Quod tibi vicinum fuerit, tu sume, sodali  
Cede tuo, referat dum tamen ille manum,  
Dumque in frustra secat, caueas sumpsisse recissa,  
Lurco legit dulces absque rubore bolos,  
Non manibus gremio immixtis tibi vellicet vnguis,  
Quod sumes: residens non agitato pedes,  
Incidasque prius, quam dominus contundat ossellam  
Tingantur rursus nec tibi morosa, caue.  
Nec linguas digitos: nec rodas turpiter ossa,  
Ast ea cultello radere rite potes.  
Sive super mesam cortex cumuletur: & ipsa  
Ossa vel in pateram prepedibusue iace,  
Ne tanquam fidos tenta: nec dilige frustra:  
Et quocumque manus huc tibi lumen eat,  
Ne socium torue inspicias: quid ve ederit ille,  
Avertas gestus, inspicere sepe tuos,  
Pocula quam sumes, terge tibi mappa labella:  
Sitergas manibus, non mihi charus eris,  
Vna manusumat pateram, ni hanc iaciet in hostem  
Theseus, aut belli sint monumenta patris,

Aut si hanc binis manibus captabis: id apte  
Efficies: digitis pocula sume tribus.  
Et teneas oculos, nec supra pocula fare:  
Plena aliquo vita sit tibi bucca cibo.  
Deme merum cratho: multum si forte super sit,  
Quod nolet socius sumere rite tuus.  
Qui sapit, extinguet multo cum fonte falernum;  
Et parco limpham diluet ille mero.  
Non facies binos haustus, nec fessus anheles:  
Sibila nec labijs stridula prome tuis.  
Nec cito sorbebis (sicut oui lutea grati)  
Nec nimium tarda sume falerna mora,  
Vnum, siue duo, vel ad summum tria pocula sumes,  
Si hunc numerum excedas, iam mihi potor eris.  
Fac videas quodcumq; bibes: modicumq; pitissa,  
Crater siue calix det tibi vina breuis.  
Os quoq; tergebis semper post pocula: palmas  
Abluere: quum mensam defederis, atque labra,  
Insectensque genu iungens quoq; brachia, prosit  
Dicit: sed tolles ordine queq; suo.

FINIS.



(2)

# FLORETUS.



Omne Floret<sup>9</sup> liber incipit ad bona cœpt<sup>9</sup>.  
Semper erit tutus eius documēta secutus.  
Hic liber extractus de plurib<sup>9</sup> est vocitat<sup>9</sup>.  
Recte Floretus, quia flos est inde receptus.  
Et breuiter textus flagrat virtute repletus.  
Collegi flores, non omnes, sed meliores:

Quos in uirgulis vidi domini bene cultis.  
Qui non marcescunt seruando, dandoq; crescunt.  
Ergo dilecte valeas sic viuere recte.  
Multis proficere, domino semperq; placere.  
Suscipe corde bono hos flores, quos tibi dono:  
Tollent languores, tribuent tibi semper honores:  
Si bene dulcores florum retines & odores,  
Summo cultore florum clemente datore.

**D**ogma sacræ fidei ponit prius ordo libelli.  
Postea præcepta ponuntur parte secunda.  
Tertia pars vere monstrat peccata cauere.  
Inde docet quarta pars ecclesiæ sacramenta.  
Virtutes, quinta mores notat & documenta.  
Concludit sexta de morte suæ sequella.

## ¶ Caput primum de fide catholica.

**C**Redere debemus, qui Christi nomē habemus.  
Doctrinam Christi, quia nemo secus placet isti,  
Nec poteris fieri saluus, nec sanctus haberi.  
Dixit enim Christus ad cælum mox rediturus,  
Qui baptizatus fuerit, valet esse beatus.  
Si bene crediderit, aliter sine fine peribit,  
Ergo constanter credas, & indubitanter:  
Quæ docet ecclesia Romę petra solidata.

**A**rticuli fidei bis sex sunt corde tenendi:  
Quos Christi socij docuerunt pneumate pleni.  
Credo deum patrem, inquit, Petrus cuncta createm,  
Dixit & Andreas, credo deum sic fore Christum.

A

## LIBER

Conceptum & natum Iacobus passumq; Iohannes.  
 Intra Philippus fregit, themasq; reuixit.  
 Scandit Bartholomeus, veniet censere matheus.  
 Pneuma minor Iacobus, Simon peccata remittit.  
 Restituit Iudas carnem, vitamq; Matthias.

Sed tamen hos aliqui sic distinxere magistri.  
 Spectat hominem septem, totidem deitatem.  
 Sed mihi augetur fidei sic, nec remouetur.

Vnum crede Deum, personis dic fore trinum.

Sunt pater, & natus, & pneuma sanctū Deus vnus.

Cuncta creans, peccata leuans, ac premia donans.

Conceptus, natus, cruce mortuus, infera fregit.

Surrexit, scandit, cunctos censere redibit.

Hæc est catholica sincera fides & vna.

A Christo lata, per discipulos publicata.

Signis firmata diuina lege probata.

Solus adorandus Deus est, sanctusq; rogandus.

Latria debetur domino: quia summus habetur.

Nullus adorare sic debet, siue rogare.

Effigiem fictam, sed significata per ipsam.

Vera fides saluat: quem vita decens bene format.

Nâq; fides ficta, sine factis mortua dicta.

Non prodest, sed obest, si possit: agēs bona prodest.

Omne malum vita, bona fac, si est bona vita.

Sed bene credendo saluaberis, & faciendo.

Cur videas ista: quæ sunt infra tibi scripta.

**A**d mala vitandū nec hō bona continuandū.

Sunt data p̄cepta q̄ cōmoda sunt & honesta.

Primo naturæ lex vult sic viuere pure.

Nec facias alijs: quæ vis tibi, si bene possis.

Non facias alijs, ea quæ fieri tibi non vis.

Postea lex Moysi data vult sub scripta teneri.

Sperne deos plures, non per deum male iures.

Sabbata sanctifices, venerare tuosq; parentes.

Non interficias, non mee chus corpore fias.

Non facias furtum, non testeris quoq; falsum.

FLORETLII

Non cupias sponsam, nec rem quę scis alienam,  
 Sic quoq; ius scriptũ phibet mala; mādāt honestũ.  
 Ius mandat cuiq;, & q; uiuat semper honeste.  
 Vt nullum lædat, cunctis suā iurāq; reddat.

Inde Iesus cuncta præcepta reduxit ad ista:

Dilige corde Deum toto super omnia verum,

Dilige quemcunq;, sicut te diligis ipse.

Istis completis pendenti lex atq; prophetæ.

Sic non offendas Deum, fratrem neq; lædas.

Semper gaudebit, domini qui iussa tenebit,

Sed male peccabit, qui iussa Dei violabit

Non fit peccatum, nisi per iustum violatum;

¶ De peccatis in generali.

**O**Mnia delicta triplici sunt nomine dicta.

Originale, & mortale, & veniale.

Est hoc peccatum nobis ab origine natum.

Est graue mortale, leuius fertur veniale.

Cum baptizamus ab origine purificamur:

Nec non peccato quocunq; sit ante patrato,

Et cum peccamus grauius, post nos maculamur.

Cum peccantis in his fertur cuiusq; voluntas.

Quod tenet in se quid aliquo modo immoderatum.

Sicut nec domini, nec fratris oppugnet amori;

Tale suo genere peccatum fit veniale:

Vt sermo vacuus; vel risus immoderatus.

Si tamen ordinet, vt ab hoc mortale sequatur:

Hoc mortale facit intentio praua volens.

Vt cum quis ridet ad adulterium faciendum;

Aut in contemptum domini consentit in istis.

Discernens ratio mortale fit inde patenter.

Sed quando velle peccantis fertur in illud:

Quod domini de se, vel fratris repugnat amori.

Peccatum graue est, mortaleq; dicitur esse.

Sicut homicidium, blasphemia, schismaq;, furtum.

Si tamen hoc sistat sine consensu rationis;

Quę meditans dominũ cordis reprimat cito motũ.

Cum non sit plenus actus, tunc fit veniale.  
 ¶ De septem peccatis mortalibus.  
**N**E careas vita, septem mortalia vita  
 Maxima peccata, quæ sunt sicut vocata, nullum  
 Nam moriens vitio mortali perditur vno.  
 Quoduis mortale vitium fit perneciale.  
 Nam mentem maculat, & sacro flamine priuat.  
 Offendit dominum, spernendo vulnerat ipsum.  
 Aufert splendorem domini, nec non & amorem.  
 Debilitat mentem, cæcam faciens, & egentem.  
 Annihilatq; bona, quæ sunt in crimine lata.  
 Mortificat merita, quæ contulerat bona vita.  
 Interimens animam damnat finaliter ipsam.  
 Efficit ingratham, vitam tollitq; beatam.  
 Aeternam pœnam dat, perpetuamq; catheriam.  
 Sunt tumor, accidia, & gula, luxuries, simul ira.  
 Liuor, auaritia, septem mortalia dira.  
 Nunc videas horum plures species vitiorum.  
 Vt melius vere valeas peccata cauere.  
 ¶ De peccato superbiæ.  
**T**V non sis tumidus verbis, nec corde superbus.  
 Ne sis elatus factis, si vis fore gratus.  
 Cum bona quis credit ex se meritis vel habere;  
 Vel falso tribuit sibi, quo se credit egere,  
 Aut alios spernit, plus credens sepe valere,  
 Quattuor his rebus quis dicitur esse superbus,  
 Spernit obedire tumidus, vult obuius ire.  
 Vult apparere melior, mala cœpta tenere,  
 Cunctis præferre & se vult, sua magna referre.  
 Nunq; rancores dimittit, & ambit honores,  
 Nulla molestia pati vult, gestus scit variare.  
 Quantuncq; bonus fuerit essendo superbus,  
 Totum deprauat, te sola superbia damnat.  
 Sis simplex, humilis, ne damneris quasi vilis.  
 Nam Deus exaltat humiles, tumidos pede calcant.  
 ¶ De peccato Accidiæ & eius speciebus.

FLORET VS.

**A**ccidiam linque; q̄ dat mala tædia vitæ.  
 Segniciam fugias, nunq̄ piger ad bona fias,  
 Si bona tristis odis, diuina vel ipsa relinquis  
 Tædens & negligens; quæ consummare teneris,  
 Vel contristeris, cum nolens hæc opereris,  
 Aut nimium tristis propter quæuis mala sistis,  
 Quattuor his dictis sic accidiosus haberis,  
 Ocia qui sequitur, sine crimine vix reperitur,  
 Ocia deuita, si vis bona sit tibi vita.  
 Sæpe libens ora faciendo sancta labora,  
 Pigris dum possunt operari tempora desunt,

¶ De peccato gulæ.

**P**one gulæ frenum; tibi vel dabit ipsa venenū.  
 Est sibi damnosus in multis quisq̄ gulosus,  
 Nam nimis expendit, citius mala q̄ bona prendit.  
 Qui nimium comedit, bibit arden ter, studiose,  
 Præpropere, lente, fertur peccare gulose.  
 Crapula vitetur, ne corpus mensq̄ grauetur.  
 Nausea non detur, vt morbus non generetur,  
 Mens non grauetur, ne vita tibi breuietur.  
 Vt tempestatem fugias, vel magis ebrietatem.  
 Mens alienatur vino, corpus vitatur.  
 Sensus turbatur, secretum notificatur;  
 Lingua nimis satur, vino verbum variatur,  
 Vultus fœdatur, rixa frequens generatur,  
 Vis eneruatur, vino sapiens hebetatur,  
 Ac diffamatur, necnon & luxuriatur,  
 Stulte letatur, & ni pigeat, reprobatur;  
 Prodigia frenetur gula, ebrietas dominetur,  
 Ni compescatur gula, corpus mensq̄ grauetur.

¶ De peccato luxuriæ.

**L**uxuriam fugias, castus sine crimine fias.  
 Nil domino gratum sit luxuria maculatum,  
 Luxuria peccat quisquis consentit in actum,  
 Vel cum delectat, consentit, agendoq̄ factum,  
 Actus carnalis semper est pernicialis,

LIBER

Demp̄tis cōiugibus, quib⁹ est cōsensus honestus.  
 Luxuriæ species dicuntur scilicet hæc sex.  
 Inter non nuptos proprie fornicus fore fertur.  
 Stuprum, causatur, cum virgo nolens violatur.  
 Coniugis alterius violator fertur adulter.  
 Cum sibi cognatis incestus, vel moniali.  
 Cum rapitur raptus, ac opprimitur violenter.  
 Contra naturam peccat sodomita nefandus.  
 Effuge luxuriam, quæ tollent nempe sophiam.  
 Mortificans animam: lædit eum corpore famam.  
 Excecat mentem, turbat valde rationem.  
 Subuertit sensum, consumit tempora censum.  
 Offendit dominum, fert hostes, tollit amicum,  
 Vires debilitat, corpus macerat, bona vitat.  
 Vocem peiorat, vitam semperq; minorat.  
 Lites adducit, & plurima scandala ducit,  
 Dona dei tollit, & fortia corda remollit.  
 Subtenebrat visum, tandem tollit paradysum,  
 Dæmonibus subdit, inferno deniq; trudit.  
 Sis semper castus, fugiens & verbula, tactus,  
 Ocia, vina, dapes, ludos caueas quasi labes.

¶ De peccato iræ.

¶ Ira cor accendit, & protinus ad mala tendit,  
 ¶ Cur bene frenetur, rationi ne dominetur.  
 Ira furens animo de verbis exit in actum.  
 Sic triplici numero magnum facit ire reatum.  
 Ira cecatur mens: sensus præcipitatur.  
 Cor perturbatur, corpus quoq; damnificatur.  
 Sensus fuscatur, gustus quandoq; grauatur,  
 Pax eneruatur, discordia progeneratur.  
 Lingua venenatur, necnon mors anticipatur.  
 Non odias aliquem, potius sed eum tibi placa.  
 Quisquis odit fratrem, censetur ob hoc homicida.  
 Multa facit dira, si non compescitur ira.  
 Cur quasi deliram patientia temperet iram.

¶ De peccato inuidiæ.

FLORETI, LIB. I.

**I**nuidiam fugito, bona fratris amare velito.  
**N**am liuor siccum corpus facit, & cor iniquum.  
 Inuidus est tristis aliquorum cum bona cernit.  
 Gaudet de damnis: bona non noceant sibi quauis.  
 Aemulus impugnat verum, de fratre susurrat,  
 Detrahit, accusat, aliosq; iuuare recusat.  
 Propter liuorem fraternum frangit amorem,  
 Lumine cæcatur, de re munda maculatur.  
 Languet, marcescit homo inuidus, atq; senescit.  
 Corpore marcescit cernens, q; res mea crescit.  
 Effuge liuorem zelando fratris honorem.  
 Qui bona fratris amat, semet virtutibus ornat.

¶ De peccato auaritiæ.

**C**um sis præclarus, non sis cupidus nec atarus,  
 Vix vlli charus cupidus, cunctis sit amarus.  
 Qui capit aut retinet iniuste res alienas:  
 Aut peramans gazas domini præponit amori.  
 Qui satis est diues, cupit, & nunquã satiatur.  
 Et qui pauperibus donare superflua non vult:  
 Omnes præfati merito censentur auari.  
 Furtum, rapinam, fœnus, fraudem, symoniam,  
 Causat auaricia, ludum, periuria, bella.  
 Omnes thesauri nunquam satiant cor auari.  
 Et plus ardescit ambitio, quando senescit.  
 Quanto plus crescit census: plus inde famescit,  
 Gazas querendo labor est: timor in retinendo,  
 Ipsas querendo dolor est, labor & cupiendo.  
 Nunquam fiat charus: nec tutus diues auarus.  
 Raptorem, furem, plerũq; fore credit egenum,  
 Semper egenus eris: si plus semper tibi quæris.  
 Cum contentus eris, diues tunc efficieris.  
 Gazas lucrando, non sis cupidus nec amando,  
 Nec male seruando: sed sis largus bene dando.

¶ De peccato in spiritum sanctum.

**Q**ui peccat nimium præsumens de pietate:  
 Vel qui desperat de diuina bonitate.

## LIBER

Aut induratus non cessat ab impietate,  
 Et qui fratris odit virtutes improbitate,  
 Impugnans verum certus sine commoditate,  
 Qui non sine piget de culparum prauitate,  
 Contra pneuma sacrum peccat sprete deitate,  
 Quæ primæ quinq; culpæ vix sunt, releuatae,  
 Sexta caret venia, quia corrui immediate,

¶ De quibusdam documentis cōtra peccata,

**S**Tringe tuam linguam ne mētē reddat iniquā,

Lingua cito lædit, & læsio raro recedit,

Qui male nō loquitur, magna virtute potitur,

Linguam frenare plus est, quā castra domare,

Non sis verbosus, tactator, litigiosus.

Nuncq; sis censor, temerarius, aut reprehensor.

Non sis defensor peccati, siue recensor.

Non sis detractor rumorū, nec nouus auctor.

Blandus adulator non sis, nec conuitiator,

Nec discordator fratrum, nec improperator,

Nec blasphemator, irrisor, siue minator,

Non accusabis false; nec murmur amabis.

Non diffamabis alios, nec vituperabis,

Si diffamari vis, vel vituperari,

Non sis scurrilis, rebellis, siue bilinguis.

Nuncq; promittas, nisi promissum dare credas,

Non alijs pandas secretum, nec male dicas,

Nuncq; sis mendax, nec vaniloquens, necq; fallax.

Noli iurare, nisi res debita, quare,

Debet & hoc esse verum, licitumq; necesse.

Ergo sic frena linguam rationis habena:

Nec te confundat, si uerba superflua fundat,

¶ De peccato veniali.

**D**icitur a venia veniale cito sibi danda,

Multis hācq; modis dominus veniale remittit,

Infra contenta deuote sacra recepta,

Si tibi mortale non est, delent veniale;

Confiteor, tondo, respersor, conteror, oro,



Vngor, ieiuno, patior, conuerto, remitto,  
 Signor, edo, dono, doleo, sic fit veniale,  
 Quamuis expediat homini veniale fateri,  
 Vt tamen hoc faciat non dico, quemq; teneri,  
 Ni quando dubitat graue illud forsan haberi,  
 Vel si non habeat grauius decet ista referri,  
 Vt ius perficiat mandans quemcunq; fateri.

## ¶ De excommunicatione.

**T**Anquam peccata semper caueas anathema,  
 Nam grauis est pœna, quãuis sit pro medicina.  
 Hæc patitur damna qui magis fert anathema,  
 Hic non eligitur, nec eligit; & prohibetur  
 Ecclesiæ porta, communio, sic sacramenta  
 Traditus est satanæ, precibus caret ecclesiæq;  
 Ac sibi legitimus prohibetur quilibet actus.  
 Nunquam participes his, quos anathema coercet  
 Qualicunq; modo, nisi casu iure remisso,  
 Nam secus est iure restrictus clauē minore;  
 Quæ solum pellit a sacris percipiendis.  
 Casus excepti super hoc sunt iure reperti,  
 Coniux, & nati, famuli, qui debita quærunt,  
 Ignorans super his, & dicens vtile mentis,  
 Et qui vitare nequit hos, aut vrgente necesse.  
 Participant iure strictis anathemate tute,  
 Sunt interdicta, suspensio nempe cauenda.  
 Quamuis sint pœnæ leuiores, sunt metuendæ.

## ¶ De hominis hostibus.

**T**Riplex est hostis hominis, dẽmõ, caro, mūd?  
 Non foueas istis, vt sis a crimine mundus.  
 Dæmon agit superbū, mundus cupidū, caro scõdū.  
 Cur cum tentaris caueas ne decipiaris,  
 Mundum spernendo vinces, carnem reprimendo  
 Prosterne Satanam; seruando fidem bene sanam,  
 Tentans astute, ne cures viuere iuste,  
 Vt male delinquas, nec vt peccata relinquas.  
 Cur te prudenter serua, meditando frequenter,

LIBER

Nam damnatus eris, si mortaliter morieris.  
 Ut mala deuities, aliquid fac: oia uites,  
 Nunc age, nunc ora, lege, ne vaga transeat hora,  
 Obsta principijs, quia tunc cito mergitur hostis.  
 Quando nimis crescit tentatio, raro requiescit,  
 Crede Deum, qui te semper speculatur vbicq;  
 Qui mala vix celat, sed punit; & ipse reuelat.  
 Nil est tam tectum, quin sit quandoq; reperiunt,  
 Postea confusus reus est: persepe retrusus.  
 Inspice quanta bona dominus tribuit tibi dona,  
 Praecipue mortem domini bene respice fortem,  
 Ne sis ingratus sibi committendo reatus,  
 Cum male delinquis: iterum Christum crucifigis,  
 Inspice sanctorum, nec non exempla reorum,  
 Gloria pro meritis iustis: mala dantur iniquis,  
 Inspicias animam sic Christi morte redemptam,  
 Ac tibi commissam, cur crimine destruis ipsam:  
 Prospice foetorem culpe, poenaeq; dolorem,  
 Longa datur poena: sed delectatio curta,  
 Cerne quot & quanta peccatum det tibi damna,  
 Nulla queunt tantum te ledere, crimina quantum,  
 Cerne diem mortis: que pulsat ad ostia fortis,  
 Quot quanti subito moriuntur saepe memento,  
 Scisq; obibis homo, nescis vbi, quomodo, quando,  
 Iudicium pensa, quo nil remanebit inultum,  
 Cerne graues poenas, barathri fortesq; catenas,  
 Cerne domum caeli, ne perdas turbine teli.  
 Lauda tuum dominum, ne perdas eius amorem,  
 Sacrae scripturae studium quoq; sit tibi cura.  
 Sic mala vitabis, mentemq; tuam satiabis:  
 Sanctos sectare, prauos noli sociare.  
 Sensus frenare satagas, carnemq; domare:  
 Vino sumendo sis sobrius, & comedendo.  
 Et loca prompta malis fuge, ne sis perniciosis  
 Nam locus errare promptus facit, & fatuare,  
 Haec bene seruando Christum cu matre rogando  
 Crimina vitabis, hostesq; tuos superabis,

FLORETI.

Nemo tamen credat, quod eum tentatio lædat:  
 Si non consentit animo, quia tunc bene sentit,  
 Debilis est hostis, quia nullum ni velit, vrit.  
 Non est peccatum: nisi per velle patratum.  
 Velle nequit cogi, quamuis queat ad mala pungi,  
 Non excusatur ideo quis, cum superatur,  
 Ergo tuum velle compescens crimina pelle;  
 Ut careas pœna læteris in æde serena,  
 Te bene conante domino simul auxiliante,

¶ Caput. iiii. de septem sacramentis.



Contra peccata deus instituit sacramenta:  
 Percip̄ delentur commissa, futura cauentur,  
 Gratia confertur, & sic bona vita refertur.  
 Percipe mente pia septem fidei sacramēta,  
 Nā male delinquit q̄ digne nō sacra sumit,  
 Baptizor, firmor, pœniteor, cibor, vngor.

Ordine promoueor, gratis cum virgine iungor:  
 Ordo, chorus, velle samuntur, quinq; necesse,  
 Ordinat & firmat presul, dat quinq; sacerdos.  
 Ordo, baptismus, firmatio non iterantur.  
 Cætera sumpta semel sacramenta valent iterari.

¶ De baptismo.

Est aqua materia baptismi, verbaq; forma,  
 Ac baptizantis intentio debet adesse.  
 Baptismi fructus est plena remissio culpe;  
 Gratia confertur: & pœna remittitur omnis.

¶ De confirmatione.

Presul, fons, chrisma: firmat intentio, verba,  
 Gratia donatur: constans ad bella paratur.  
 Qui tenet in fonte, vel vncum chrismate fronte,  
 Efficitur talis pater eius spiritalis.

¶ De pœnitentia & eius speciebus.

Contra peccatum graue post baptismum patratum,  
 Extitit inuentum sacre pœne sacramentum,  
 Conteror in corde, mala confiteor simul ore.

LIBER

Emendans opère deus indulget sibi vere,  
 Pœnitet, atq; dolet, & crimina dicere spondet,  
 Vultq; satisfacere contritus iniqua cauere,  
 Crimina commemora, tua collige, flebilis ora,  
 ¶ De confessore eligendo, & de  
 conditionibus confessoris.

**E**Lige prudentem; te soluere iure potentem,  
 Crimina diminuit confessio, cuncta reuela  
 Vni presbytero, nullum graue sponte tacendo,  
 Integra, festina, simplex, confessio fida.  
 Vera, libens, clara, discreta, frequens, sit amara.  
 Accusans propria, parens, humilis; rubicunda.

¶ De modo confitendi; & circumstan-  
 tijs aggrauantibus peccatum.

**V**T reminiscaris hoc ordine confitearis,  
 Dic de criminibus mortalibus & speciebus,

Dic de mandatis domini per te violatis,

De male perceptis dicas etiam sacramentis,

Dic si contemnis virtutes; vel caruisti

De septem factis pietatis; de male factis.

Dic sensus quinq; nec cætera membra relinque,

Dic bene quæcunq; mala feceris ac, vbicunq;

In factis, dictis, consensu, siue relictis,

Quæ non dixisti, dudum, dic, si recidisti

In graue peccatum, per te dudum recitatum.

Res circumstantes dicas peccata grauentes.

Saltem mutantes, crimenq; nouum generantes.

Ista grauant vitium, dignus, status, & recidiuum.

Conditio, numerus, locus, ordo, scientia, tempus.

Copia, causa, mora, modus, ætas, lucta pusillat.

¶ De conditionibus boni confessoris.

**C**onfessor blâdus, verax, prudēs, pius, æquus.

Hortatur; querit, terret, punit, mala soluit.

Postea sit tacitus; vt celet crimen alius.

¶ De modo iniungendî pœnitentijs,

**C**ontra peccata detur contraria pœna,

Supplicet elatus, maceretur luxuriosus,

FLORETI.

Propria det cupidus, seivnet sepe gulosus.  
 Invidus os tundat, iratus corde remittat.  
 Audiat officia peregrinans acidiosus.  
 Citius restituat si possit perniciosus.  
 Reddere si nequeat, saltem sit prompta voluntas.

¶ De illis, qui tenentur ad restitutionē.

**F**ur, usurator, symon, vrens, quocq; raptor.  
 Iuris deceptor; alienarumq; reperor.  
 Rector, dilapidans, quoduis damnum male donās,  
 Reddere si quid habent, vel amore dei dare debēt,  
 Iuxta consilium confessorum sapientum:  
 Mandans, consilians, socians, adiutor, adulsans,  
 Celans, participans, defendens, atq; receptans,  
 Quilibet & fautor reddat, nisi redderit actor.

¶ De casibus remittendis ad superiorē.

**H**is, quibus est pœna solēnis percipienda,  
 Crimine pro magno toti villeg publicato.  
 Qui facit incoestum, deflorans, aut sodomita.  
 Patrum percussor, sacrilegus, aut homicida,  
 Et voti fractor, periurus, sortilegusq;  
 Pontificem querat, nec non qui miserit ignem.  
 Quilibet arctatus anathemate, siue ligatus,  
 Per Papam, feriens clericum, falsarius, vrens:  
 Et qui sunt ausi missas celebrare ligati,  
 Simon si fuerit, nec fallit regula talis.  
 Clericus ex culpa confectus a normalis acta,  
 Ignem succensus ad dandum damna perurens,  
 Debent Pontifici communi iure remitti:  
 Ut dictos soluat, ad maiorem ve remittat.

¶ Quomodo confessio est iteranda;

**S**i fuerit ignarus confessor, vel sine posse.  
 Sive fatens tacuit aliquod mortale scienter,  
 Aut anathema tacens, sic solui iure nequibit.  
 Oblitus pœnae non factae iam sibi iussae,  
 Est dudum facta confessio sic iteranda.

¶ Quomodo pœnitentia iniuncta  
 non est dimittenda sed facienda.

**P**ostea fac digne poenam faciendo benigne,  
 Nam male delinquit, poenam sponte relinquit.  
 Nemo satisfacere poterit de crimine vere;  
 Stans in mortali peccato tunc aequali.  
 Iusta tamen poena (quamuis non sit bene plena)  
 Non est linquenda pro crimine, sed facienda.  
 Nam faciens iustum, referes per hoc tibi fructum.  
 Omne malū punit deus, omne bonū quoq; reddit.

¶ Ad quid valent opera facta in peccato mortali.

**O**Mnia quæ fiunt in mortali, bona profunt.  
 Nā mundi bona dant, & demonis arma refrenat.  
 Mentis illustrant citius, tormenta minorant.  
 Ad maiora bona donant vsum facienda.  
 Non tamen æternam possunt acquirere vitam.  
 Ne cum purgantur homines hæc viuificantur.  
 Sed bona, quæ fiunt post mortificata, reuiuunt.

¶ De sacramento altaris.

**I**N cœna summum Deus instituit sacramentum,  
 Sub panis specie, cum discipulis tribuit te,  
 Ac specie vini; dicens hoc dicite cuncti.  
 Missa celebratur vt mors Christi recolatur.  
 Vt Deus oretur specialibus & veneretur,  
 Et confortemur, & pane sacro faciemur.

¶ Quid significant ornamenta ecclesie.

**D**ant ornamenta tibi presbyter documenta.  
 Signat sub tunica, q; mens debet fore munda.  
 Desuper astrictus spem de superis dat amictus.  
 Vult candor tunicæ spondeas te viuere caste.  
 Signat cinctura tibi, q; non fit vaga cura,  
 Per manipulum leue contemnuntur mala vitæ,  
 Stola notat semper Christo seruire decenter  
 Stringens cuncta foris notat infula fœdus amoris.

¶ Quid significat altare, & ea q; supra ponuntur.

**D**esignat signū crucis ara, calixq; sepulchrū.  
 Sed panis carnem Christi, Vinumq; cruorē,  
 Sudorem dat aqua, sudaria linea pala.

FLORETI, LIBER

Verba liber scriptus, quæ p̄tulit in cruce Christus.

¶ De forma & materia missæ.

**I**N missa forma sunt verba Iesu benedicta.

Panis materia, cum vino vitis, & vnda.

Candida triticea non magna, lenisq; rotunda.

Expers fermenti, non mixta sit hœstia Christi.

Presbyter hæc facrat, intentio si tamen extat.

¶ Oratio dum leuatur corpus Christi.

Sacra videns, ora genibus tu flexis adora;

Dicens deuote hos versus, quos doceo te.

**S**alue saluator mundi, rex atq; creator.

**S**qui Deus & homo, natus de virginis aluo.

Te Deus exoro supplex, & pronus adoro.

Vt mihi condones, & cæli gaudia dones.

Necnon defunctis, viuis, fids quoq; cunctis.

Oratio dicēda dū leuatur eius sanguis.

**O**sanguis Christi, qui fusus amore fuisti

Contra luxuriã, contra gulã, quoq; & iram;

Contra superbiam, contra simul & accidiam;

Contra superbiam; contraq; auaritiã.

Humani generis nobis precor auxiliæris.

Dele peccata da nobis regna beata.

Quomodo quilibet et debet reci-

pere corpus Christi.

**Q**uisquis dei sumēs corpus, sit ei bene credēs:

Orans, deuotus, ieiunus, crimine lotus,

Sitq; timoratus, non vlla clauē ligatus,

Pransus percipere poterit cogente necesse.

Corpore percepto te custodire memento.

Nequaquam sancto pellas quid de sacramento.

Redde Deo grates, orans tibi det bonitates.

Nesisingratus, caueas quoscuq; reatus.

De extrema vnctione quomodo debet

fieri, & vbi & ad quid valet.

**P**resbytero debet infirmus adultus inungi.

In septem membrs, oleo, cruce, quoq; verbis.

Vngitur infirmus, vi maior gratia detur.

## LIBER

Sit leuior morbus, & pœna minor toleretur.

¶ De septem ordinibus.

**O**Rdo septenus est claro munere plenus.  
Tres sūt maiores, sūt bis duo nēpe minores.

Ianitor est primus, lector vult esse secundus.

Exorzista subit, hinc acolytus, sibi nubit.

Sub leuita subest, leuitaq; sacrior hoc est,

Septimo collatus est ordo presbyteratus.

Gratia cum posse datur, imprimiturq; character.

¶ De horis dicendis, & a quibus.

**Q**UILIBET istorum, qui sit susceptor eorum.  
Ad sacra promotus, debet nec non titulatus.

Horas quotidie septenas dicere rite.

¶ Ad quid dicuntur horę,  
& quid significant.

**V**T collaudet Christus, & mors memoretur.

Nocte Iesus captus, damnatur iudice prima.

Ducitur in tertia, sexta crucifigitur hora.

Mortuus est nona, fuit lancea vespere fixa.

Conditur extrema, cū septem diximus horas.

¶ Quomodo horę debet dici.

**C**Lerice pausando dic horas: non properando.

Dicas attente, dictotum supplice mente.

Die iuxta morem, primo dicatq; priorem.

Cunq; deo loqueris orans, non ergo vageris.

Syncopa vitetur, versus non anticipetur.

Donec finitus omnino sit bene primus,

In templo vanum fuge cantum, dilige planum.

Non clames tantum: vt cogaris liquare cantum.

¶ De sacramento matrimonij, &  
vbi statutum fuit, & ad quid.

**C**ONIUGIUM primo statuit Deus in paradiso.

Associans hominem, quos fecerat, & mulierē.

Ad prolem dandum, legaliter atq; fouendum;

Fit quoq; pro culpa luxus carnis fugienda.

Coniugij bona sunt proles, fides, sacramentum.

Hæc tria nubentes debent seruire fideles.



Vt prolem generent, semperq; fidem sibi seruent:

Vt conferuentur semper simul atq; iuuentur.

¶ Quot requiruntur ad coniugium:

& de impediētibus ipsum.

**F**It quoq; coniugium consensu: sed decet ipsum

Consensum signis ostendi, siue loquelis.

Quando tractatur coniugium, tunc videatur,

Antequam factum sit, si pateat impedimentum.

Nam male peccarent, si contra ius sociarent,

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.

Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.

Si sis affinis, sic forte, coire nequibis.

Hæc faciēda vetant, connubia facta retractant,

¶ De tempore prohibente coniugium.

**S**Ex feriæ veritum prohibent, sed non ea soluunt.

Aduentus differt sponso. Foelix quoq; confert.

Septuagesima negat, pascha lux noua relaxat.

Litania vetat: sed trinum numen adunat.

¶ Caput. v. de virtutibus, & primo in generali.



Riminihus lotis de mente tuaq; remotis.

Inferere virtutibus semen; que sint tibi scutu.

Nequando viuas in peccatum reciduias.

Sitq; tibi lumen, quo possis cernere nume.

¶ De virtutibus theologali

bus, & quatuor cardinalib<sup>9</sup>.

**S**eprem virtutes habeas, aduersa refutes.

Esto fide firmus, spe rectus, amore ligatus.

Prudens, & iustus, animo fortis, moderatus.

¶ De donis spiritus sancti.

**D**onis impleri procura flaminis almi.

Esto timens pius, atq; sciens, factis bene consul,

Hinc intellectus, sapientia dona dei sunt,

¶ Octo beatitudines.

**S**is bene dotatus, vt sis in fine beatus.

Sis pauper, mitis, flens, ius sitiens, miserator.

LIBERTAS

Mundus pacificus, sic vult mundi ipse creator.  
 Per septem merita dantur tot premia magna.  
 Pauper enim regnat, mitis possessor abundat.  
 Flens consolatur, iustum sitiens satiatur.  
 Fit pietasq; pijs, dominum mundusq; videbit.  
 Est quoq; pacificus domini proles & amicus,

¶ De fide, & circa que consistit.

Vera fides credit, que non videt, his, & obedit.

De qua præscripti, cur his non plus tibi scripsi.

¶ De spe & affectibus eius.

**Æ** Ternam spectat vitam spes, & meritis stat.  
 In domino fixa, secus est presumptio dicta.  
 Spernit terrena spes, cæli sperat amœna.

Aegris solamen, tribulantis dat releuamen.

Non in diuitijs proprijs speres vel amicis,

In domino spera, qui donat gaudia vera.

Qui vult prodesse speranti, nescit abesse.

Debet quisq; fore cum spe, simul atq; timore.

Vt non diffidat peccans, nimium neq; fidat.

¶ De charitate, & primo in generali.

**C**harus amor dictus est vere maxima virtus.

Qua fit homo gratus domino, tãdẽq; beatus.

Constat amans plenus virtutibus, alter egenus.

Nullus habet florem meriti, nisi propter amorem.

¶ A quo incipit, & quomodo diligendus  
 est quisq; indifferenter.

**O**rdo seruetur vt primo deus perametur.

Postea dilige te sup omnia, sed magis hũc te.

Proximus est hinc plus peramãdus iustus amicus.

Postea vult dominus vt ametur inimicus.

In quantum bonus est homo, sed non vt iniquus.

Post corpus proprium perametur & hinc alienũ.

Dilige sic homines, vt eorum crimina vites.

Ac odias culpas hominum, non qui facit ipsas.

¶ De prudentia, & circa que consistit.

**P**ræsens in rebus transactis solertia nectit.

Constat in insidijs prudentia vera cauendis.

FLORETI. LIB. I.

Ac disponendis sapienter rebus agendis.  
 Præsens dispone, tranfactum mente reponc.  
 Prospice ventura; sic est prudens tua cura.  
 Cumq; quid vis agere, debes bene primo videre:  
 An tibi conueniat, liceat, simul vtile fiat.  
 Omnia prudenter fac; finem cerne frequenter,  
 Et primo metue; quæ possunt inde venire.

¶ De iusticia, & impediētibus ipsam;

**E** Sto vir iustus, cunctis reddendo suum ius.  
 Redde creatori ius, maioriq; minori.  
 Serua dulcorem iuris moderando rigorem,  
 Sæuit iustitia, nisi sit pietas sibi iuncta.  
 Vt bene procedas, non verbo nimis cito credas.  
 Te prius informa, ne lædas quem sine norma.  
 Qui subito credit alios, & se male lædit,  
 Quicquid procedit, a iusto sæpe recedit.  
 Turbant sæpe metus, odium, dilectio, munus  
 Iudicium rectum, cur est vtrunq; cauendum.  
 Non licet iniustam te causam ducere iustam.  
 Dicas prudenter seruando iura decenter,

¶ De animi fortitudine.

**F** Ortis sis animo, semper peccata cauendo,  
 Sis constans, fortis, cum tentat te malus hostis,  
 Tempore si mœsto vexaris, fortior esto.  
 Nam post aduersa dominus bona dat vice versa,  
 Vt non deficias, constans in turbine fias.  
 Tunc debes esse mage fortis quando necesse.  
 Semper magnanimus aduersis fortior est plus.

¶ De modestia vel temperantia;

**V** T domino gratus viuas esto moderatus.  
 Non vult sobrietas ratione frangere metas.  
 Quanto plus poteris, in cunctis te modereris.  
 Vincere cor propriū plus est, quā vincere mundū.  
 Temperet excessus, qui non vult esse repressus.  
 Semper adest vitium, si non sit temperamentum.  
 Quanto maior eris, moderatior esse teneris.

B ij

Nam cito stultus eris, ni velle tuum modereris.

¶ De timore, & circa quæ consistit.

**P**Ræ cunctis timeas dominum, simul & reuerere.  
Nisi deum timeas, opus est te cuncta timere.

Si dominum metuis, contraria nulla timebis.

Si quis amat dominum, semper reueretur ipsum.

Humano amore non est amor absq; timore.

Non sibi seruit, sed amabili & reuerenti.

Non timeas hominem, nec mundum te tribulantem.

Sed dominum metue: qui regnat semper vbique.

Qui valet in patria te ponere, siue gehennam.

Si Christum metuis, semper peccare cauebis.

Si metuis dominum, tibi donabit paradysum.

¶ De pietate & misericordia.

**S**I vis gaudere, semper miseris miserere.

Si pius es miseris, pietate Dei poteris.

Vtilis est pietas, plusquam terrena potestas.

Nemo potestate saluatur, sed pietate.

¶ De operibus misericordie corporalibus.

**S**Eptem corporea fac corporibus pia facta.

Pasce famentes, pota nimium sitientes.

Indue nudatos, redimas de carcere captos.

Aegros conforta, peregrinos collige porta.

Defunctos sepeli, sic sumes gaudia cæli.

¶ De operibus misericordie spiritualibus.

**S**Eptem fac opera pia, spiritalia dicta.

Corrige peccantes, ac instrue pauca scientes.

Consule non doctis, exora pro tribulatis.

Conforta moestos: porta patiens onerosos.

Offensas sponte ledenti corde remitte.

¶ De elemosyna, quibus prodest.

& quando debet fieri.

**S**I tibi sit multum, studeas dare multa frequenter.

Si tibi sit modicum, da iuxta posse libenter.

Si non sufficiat dare, sit tibi prompta voluntas.

Si dare non poteris, saltem pro velle mereris.

Tempus confirmat elemosyna foedera firmat.

## FLORETI.

Christo conciliat, dantes a crimine seruat.  
 Crimina mortificat, redimit, pœnam q̄ relaxat,  
 Gratos conseruat, miseris semperq̄ uisitat.  
 Omnia multiplicat bona, pro donantibus orat;  
 Dæmonis expugnat fraudes, a morteq̄ saluat.  
 Prodest defunctis purganti carcere uinctis,  
 Hic cui das munus, sit vel uideatur egenus,  
 Res quam das propria sit, Christus sit tibi causa,  
 Da bona dū tua sunt, quia nūc data plus tibi profūt,  
 Quam si præberes, cum non retinere ualeres,  
 Erras si speres, quod plus te diligat hæres  
 Sub terra positum, quam tu te diligis ipsum.

¶ De sciētia & ignorantia.

**M**ulti multa sciunt; & se bene scire relinquūt;  
 Temet cognosce, dominū cognoscere potce.  
 Tu melior fieres, si te profus bene scires,  
 Quam si negligeres, te cætera corde teneres.  
 Discere ne cesses, si doctor maximus esses.  
 Nam per doctrinam poteris uitare ruinam;  
 Non curans scire, merito quod scire teneiur.  
 Si super hoc erret, non excusatus habetur.  
 Præcipue regere, qui debet sibi docere.  
 Est quasi vile pecus ignorans, & quasi cæcus;  
 Cæcus ducens cæcum; facit ipsum sternere secū.

¶ De consilio, & experientia.

**O**mnia consilia tua sint in numine fixa,  
 Non te præcipites, si consilio domini stas.  
 Consilio tracta maturo propria facta;  
 Nam cito peccabis, quando nimis accelerabis.  
 Consule maiores, prudentes, & meliores.  
 Ut non deficias, nec damnosus tibi fias.  
 Consilium verum docet experientia rerum,  
 Amplior in senibus est experientia sensus.  
 Si defendendo causam sumas vel agendo,  
 Hoc fac consule, nec consumas bona stulte.

¶ De intellectu,

## LIBER

**T**Vnc intellectus hominis cōstat bene rectus,  
 Cū super omne Deū timet, ac intelligit ipsum.  
 Ac recte credit, & iussibus eius obedit.  
 Cur intellectum teneas in numine fixum,  
 Sæpe roges dominum, qui confert hoc tibi donū.  
 Hunc non abscondas in terra, sed bene condas,  
 Vt tibi donatum reddas domino geminatum,  
 Si collauderis a Christo, non reproberis.

## ¶ De sapientia.

**E**St immortalis sapientia spiritualis,  
 Quamuis mundana, fertur sapientia vana.  
 Christū diligere super omnia, crimina flere:  
 Mente Deum gerere, peccata futura cauere;  
 Mundum despiciere, cælestia corde tenere,  
 Singula sic sapere sicut sunt, sic & habere:  
 Hæc est sincerae mentis sapientia vere,  
 Exoptat supera mentis sapientia vera,  
 Deuitat scelera, mundum contemnit & ara,  
 Optima discernit a prauis, crimina cernit,  
 Omnia vult agere consulte, recta tenere.

## ¶ De paupertate.

**P**Aupertas grata virtus est magnificata,  
 Cui sunt collata cælorum regna beata,  
 Pauperies læta, stat multa laude repleta,  
 Cor leuat ad Christū, quia mundū non amat istū.  
 Spernit terrena, paradisi sperat amœna,  
 Paruo contenta, patiens, non est violenta,  
 Quamuis inducta male sit, stat libera tuta,  
 De modico læte viuūt, sine lite, quiete,  
 Vix aliquē lædit, humilem mentē quotq; reddit,  
 Carnem compescit, quia non bene pasta macrescit,  
 Munere ditatur, diuino sine beatur,  
 Est humilis talis pauper, sit spiritualis,  
 Nam non inflatur, quare super astra leuatur.

## ¶ De humilitate.

FLORETTA

**S**is humilis mente, verbis, factis retinens te, non omniv  
 Sis humilis gestu, semper meditando quis es tu.  
 Nullum contēnas, sed te, mundū quoq; spernas.  
 Sperneq; te sperni; noli laudatus haberi.  
 His gradibus quinq; referes humilis bona vite.  
 Quanto dignior es, humilis potius fore debes.  
 Qui non est humilis, confundetur quasi vilis.  
 Cerne quid es, vel quid eris, humilis sic efficieris.  
 Vile cadaver eris, hoc ergo frequens mediteris.  
 Subdi maiori decet, equariq; minori.  
 Sic humiles grati, Christo sunt associati.  
 De mititate, & mansuetudine.

**S**is animo mitis, vt odorem des quasi vitis.  
 Esto mansuetus, & simplex, atq; quietus.  
 Hęc faciunt hominē domino similemq; placentē.  
 Non reddas pravis malefacta, sed esto suavis.  
 Hoc tibi dat meritū, Deus autem punit iniquum.  
 Cum magis es dignus, debes magis esse benignus.  
 Namq; fit indignus domini, pietate malignus.

¶ De malorum contentione,

**S**i vis saluari, debes primo lachrymari;  
 Qui bene plorabit, Deus ipsum lætificabit.  
 Flere pro peccatis, & pro miseris tribulatis.  
 Pro desiderio paradisi flere memento.  
 Si non des lachrymas, ipsas optando gemifcas.  
 Cum de corde venit dominū mox lachryma lenit.  
 Mentem lætificant lachrymæ, peccamina purgāt.  
 Et Christum placant, paradisi gaudia donant.

¶ De virginitate & castitate.

**S**is mundus corde, verbis, factis sine sorde:  
 Vt dominum vere possis super astra videre,  
 Mundiciæ vitam virgo tenet, & benedictam.  
 Dicitur angelicus merito vir virgo, pudicus.  
 Virginitas flores virtutum fert, & odores.  
 Humanos mores transcendit, & auget honores.  
 Propter maiores mundanos spernit amores.

Si virgo non sis, castus tamen esse teneris.  
 Cuiuscumq; status quisq; debet fore castus.  
 Si non sit castus; nemo poterit fore saluus.  
 Non sunt foedati, sed mundi corde beati.

¶ De pace.

**E**sto pacificus, & pacis semper amicus.  
 Cum cunctis pacem coneris habere tenacem.  
 Christus pacificus dixit sermone beatos.  
 Nascens portauit pacem, moriens reparauit.  
 Surgens induxit pacem, testando relinquit.  
 Conferua triplicem Christo fratri tibi pacem.  
 Ecclesiam placa; suffragia sint sacramenta.  
 Hostes pacifica, sed prudenter iniqua.  
 Pax confert laetam vitam, mentemq; quietam.  
 Sedat rancores, fouet, & augmentat honores.

¶ De patientia.

**V**ir patiens esto, nunquam sis corde molesto.  
 Nemo sui dominus fertur patiens, nisi verus.  
 Serua prudenter animam viuens patienter.  
 Nam flos cunctorum fertur sapientia morum.  
 Fert mala cum pausa, nemo patitur sine causa.  
 Quamuis hic multa patiatur homo sine culpa.  
 Hic homo torquetur, vt sic patiendo probetur.  
 Vt mens purgetur, & praemia multa lucretur.  
 Ne sublimetur, vt Christo gloria detur.  
 Vt praeruetur, ne perpetuo crucietur.  
 Vt mala prudenter tua portes & patienter.  
 Inspice maiores aliorum saepe dolores.

¶ De obedientia.

**D**ebet obedire domino quicumq; subire.  
 Vult regnum caeli, parando corde fideli.  
 Qui non parebit, caelesti cede carebit.  
 Qui bene parebit, paradisi munus habebit.  
 Vt nequeas ledi, maiori semper obedi.  
 Ni tibi constaret, q; non licitis oneraret.  
 Non est illicitum iustum maioris agendum.



## FLORETI

Est domino semper parandum cuncta regenti  
 Plusquam pralato, non iustum præcipiente.

¶ De contemplatione & vita actiua.

**C**ontemplare bona cæli, pascens tibi dona  
 Iugiter æterna conferri, sede suprema.

Vt sic terrena spernas pro luce serena

Dicitur actiua bona vita, bonum faciendo.

Contemplatiua melior sit excessa petendo.

Martha bona partem sumpsit domino famulâdo.

Magdalena tamen melior fert specularando.

Cur specularitiuus in domino sis, vt bene viuas

Sancita gerens opera, sic fumes gaudia vera.

¶ De oratione.

**S**edulus exora, deum reuerenter adora.

Vt sibi nunc gratum faciat te; postq; beatum.

Sæpe deum placat oratio, cor bene mundat.

Hoskes exuperat; cælos pénétrando subintrat,

Christo præsentat; quæ postces sedulus optat.

Auxilium præstat, his quos tribulatio vexat.

Nos Deus orare iussit, simul & vigilare,

Discipulis formam dans, orandi quoq; normam

Quæ breuis est, digna tamē in se cuncta petenda.

¶ Septem petitiones oratio-  
 nis dominicæ.

**O**pater in cælis regnans, te posco fidelis.

Nomen primo tuum sit semper sanctificatū.

Adueniat regnum cæleste tuum benedictum.

Velle tuum terris, fiat per nos & in altis.

Da panem nostrum nunc nobis cotidianum.

Et parcas nobis mala, sicut nos inimicis.

Et si tentemur, non permittas separemur.

Sed nos a cunctis, defende malis iniquis.

¶ De conditionibus orationis.

**S**it deuota, gemens oratio, sit pia, seruens.

Pura sit, assidua, discreta sit operosa.

Iusta sit, ac humilis, attenta, sitq; fidelis.

¶ De ieiunio, & quomodo debet fieri, & de p̄cepto.

B v

**A**bstineas seruans ieiunia, nulla relaxans;  
 Quae iubet ecclesia seruari, scilicet.  
 Vult Christus natus, ascensio, spiritus almus.  
 Sumpta de genitrix, ieiunando vult venerari  
 Ante diem festi, nec non apostolus omnis.  
 Exceptis Iacobo, Philippo, sicq; Ioanne,  
 Cum quadragesima iunguntur tempora quarta;  
 Equae Pontifices, in sede sua instituere.

¶ Quomodo debet fieri ieiunium  
 de consequentibus ad ipsum.

**C**um ieiunabis, horam non anticipabis,  
 Crimina vitabis, epulis non te onerabis,  
 Pauperibusq; dabis, dominum laudando rogabis,  
 Carnem castigant ieiunia: crimina vitant,  
 Ad dominum mentem eleuant: faciuntq; placentē,  
 Donant virtutes, & premia, dantq; salutes,

¶ De verecundia.

**E**sto verecundus, si vis fore crimine mundus,  
 Erubeas fari res turpes, ac operari,  
 Custos virtutum pudor est, contra mala scutum,  
 Virtutum florem perdis, perdendo ruborem.  
 Non tamen erubeas tatum, q; commoda linguas.  
 Quae debent fieri, seu crimina cuncta fateri,  
 Nā rubor hic stultus crimen est, & nō bona virtus.  
 Sape rubor generat scabiem, quia nescius extat.

¶ De veritate.

**S**is verax opere, sis corde verus, & ore.  
 Verax laudatur, sed mēdax vituperatur,  
 Verus doctrina sis, iusticia, quoq; vita.  
 Hoc semper teneas, nec propter scandala linguas;  
 Nunquam mentiri debes, nec falsa tueri,  
 Ut mala videntur, aliquando veratacentur,  
 Sed cum iurabis, tunc quicquid scis referabis,  
 Verum non celes vnquam, nec mala reueles,

¶ De moderatione linguæ.

## LIBER

**N**on sis infestus, in cunctis esto modestus,  
Optima res modus est, nā semp ad omnia prodest,

Noli laxare linguam, quoniam reuocare

Non poteris verbum, quod dices forsan acerbū:

Coram quo dicas, quid, quomodo, quādo requiras.

Dicas dicenda docte, fileas reticenda:

Modice responde pulchre, taceas verecunde,

Vt sic placetur: quando te maior habetur,

Cum de maiore loqueris, sis cautus in ore;

Vtere sermone moderato cum ratione.

Qui sput ad cælum, sputum foedat sibi vultum,

¶ De fidelitate.

**S**i vis in cælis fore gaudens, esto fidelis.

Cunctis præfertur vir, qui legalis habetur.

Legalis domino sis, semper ipsum amando.

Ac sibi parendo, nec non ipsum reuerendo,

Et dispensando domini bona, & multiplicando.

Legali prior non est, nec nomine maior,

Tanquam perfectus legalis stat bene reclus.

Non vult fraudare quemquam, nec damnificare,

¶ De ingratitude.

**N**on sis ingratus domino; si vis fore gratus.

Redde vices danti, plus qui dat cūcta tonāti.

Sumens donatum, debes te reddere gratum.

Grates reddendo verbis, factis recolendo.

Dicitur ingratus benefactori, male gratus:

Obluiscendo, non reddendo, ve nocendo.

¶ De solutione debitorum.

**D**ebita solue cito, ne damnum detur amico.

Si cito non soluis, te ipsum crimine voluis.

Soluere si tardas, fieri tibi grata retardas.

¶ De discretionē.

**V**irtutum nutrix discretio dicitur esse.

Insuper est nutrix, quare non debet abesse.

Esto discretus, rerum libamine fretus,

Non bene discernes, nisi te ratione gubernes.

## LIBER

Omnia discerne, quæ sunt bona, vel mala cerne.  
Elige, quæ bona sunt, sed respue, quæ nimis obsunt.  
Sis circūspectus, vt nunquā sis male tectus.  
Et sint directa per te, quæ sunt male recta.

¶ De prudentia.

**P**Rouideas cura vigilantī sepe futura.  
Non nocet cura, quæ sunt, caueas nocitura.  
Ac bona procura, non spectans tempora dura.  
Ne tibi quid desit, prouisio prouida præsit.  
Quide uenturis non prouidet, erit inermis.  
Non confundetur, qui præmunitus habetur.  
Nescit prouidisse, qui nescit prouidus esse.  
Prouidus est plenus, improuidus extat egenus.

¶ De largitate.

**S**is largus & parcus, non vastator, nec avarus.  
Stat medio virtus, extrema tenet loca virus.  
Prodigus est dandō, nimium cupidus retinēdo.

Largus dans danda, parcus retinens retinenda.  
Prodigus in vanis consumit, cur sit inanis;  
Qui sua consumit, eger, & post vndiq; sumit.  
Prodigus est prauus, sed peior fertur avarus.  
Nam semper obest alijs, nunquam sibi prodest.  
Quilibet excessus malus est, cur sit bene pressus.  
Tu medium retine, modus est seruandus vbiq;  
Serua mensuram semper multum valituram.  
Da cito gaudenter, gratis, iuste, sapienter.  
Nam dona decorant hæc, & meritum meliorant.

¶ De prædicatione, & conditio-  
nibus prædicatorum.

**V**T valeas esse doctor bonus, ista necesse  
Sunt tibi præcipue, quæ debes corde tenere.  
Sit tibi vita decens, bona lingua, scientia prudens.  
Conueniensq; modus, intentio sit tibi Christus.

¶ De his q̄ prædicanda sunt, & quomodo.

**C**ommoda dic verba, sint sacra lege probata.  
Sic vt ab errore doctor caueasq; pudore.  
Sancta fides, culpa. virtus; & gloria plena.

## FLORETI. LIB. I.

Hæc sunt præcipue parte sermone probanda.  
 Sermo tuus gratus, sit verax, præmeditatus.  
 Clare prolatus, seruens; bonus & moderatus.  
 Vtilis, ornatus; sit congruus, atq; probatus.  
 Non tamen elatus sit, nec nimium phaleratus.  
 Semper sermones faci iuxta conditiones  
 Illorum, qui sunt præfentes, nam magis profunt,  
 Verba dei recita, documentis facta merita.  
 Prodest doctor ita, si constet ei bona vita.

¶ De correctione.

**F**ratem corripere peccantem quisq; tenetur.  
 Vt careat scelere, ni quando per ista timetur.  
 Deterior fieri, vel non correctus haberi.  
 Vel si speretur, q; proximus inde grauetur.  
 Aut si tardetur; quia nondum tempus habetur.  
 In simili peccans publice superis prohibetur.  
 Vt bene corrigere valeas te corrige vere,  
 Vt sic correctus possis reprehendere rectus.  
 Qui non corrigitur aliorum facta videndo.  
 Corrigitur digne aliorum malefacta sequendo.  
 Prauos corrigere virtus est maxima vere,  
 Iusti vexantur, nisi prauis corripiantur.

¶ De somno & vigilia.

**P**rudenter vigila, nec fallat mors neq; culpa.  
 Sunt promissa bona vigilantibus atq; corona.  
 Se bene dictabit meritis, bene vigilabit.  
 Sunt dormitantes reprobati, non vigilantes.  
 Christus ad orandum monuit nos, & ad vigilandū.  
 Vt cum tentemur, in nullo decipiamur.  
 Nā veniet absq; mora mors, qua nō creditur hora.  
 Debes vitare nimium sero vigilare.  
 Nam vigilare nimis sero, nocet quando sit ignis.  
 Nempe sitim generat, in verbis tempora vastat.  
 Corpus sæpe grauat, animam quandoq; molestat.

¶ Multa mala quæ facit nimius somnus.

**N**OLI dormire nimis, aut paufando pigrefcere.  
 Somnus enim nimius; est valde faepe nociuus.  
 Cor enim reddit pigrefcens; rheumata nutrit.  
 Vulnerat & mentem; sic ocia vana fequentem.  
 Tempus perdendo; & vitijs alimenta gerendo;  
 Dat lafcuire, carnem; faciendo perire.

¶ Quomodo fe debet homo regere  
 dum intrat lectum, & quid dicere de-  
 bet dum fe leuat.

**C**VM vis dormire, debet erux fancta præire,  
 Te fic cõmendes domino reuerẽter, & ores:  
 Me tibi commendo femper Deus alme, petendo  
 Vt male paufantem conferuer, & vigilantem.  
 Me tibi virgo pia genitrix commendo Maria.  
 Tu mihi faluatris, sis femper & auxiliatrix,  
 Angele, qui meus es custos pietate fuperna,  
 Me tibi commiffum ferua, defende, guberna.  
 Sis mihi tutela Michael, Raphaelq; medela.  
 Et Gabriel fortis sis contra pericula mortis.  
 Hæc eadem facies de fomno quando refurges.

¶ De constantia.

**S**I vis regnare, ftudeas bona continuare.  
 Fac bona continue, poteris fic viuere tute.  
 Omnes virtutes currunt quærendo falutes.

Continuans curfum scandit constantia furfum,  
 Incipiunt multi, non perficiunt bona ftulti,  
 Stultus muratur, vt luna cito variatur.

Quilibet a vento agitur ficut arundo,  
 Sed prudens, confans, vt fol fua lumina præftat.

Quod bene cõpifti, comple: nam præmia donat  
 Chriftus vincenti, finis, non pugna, coronat.

¶ De custodia quinque fenfuum.

**V**ifus, odoratus, auditus, vifio, tactus.  
 Per te claudantur, ne fordes ingrediantur.

¶ De vifu.

**N**OLI refpicere, quæ poffunt vifa nocere:  
 Auertas vifum tibi, ne tollat paradifum,

Intrat mors animas per visus saepe fenestras:  
Cor clausis portis euitat vulnera mortis.

¶ De auditu.

**A** Verbis vanis, mendacibus, atq; prophanis,  
Aures auertas, & ipsa ad commoda vertas,  
Audi sermones, missas, horas, orationes,  
Sic te dispones ad rectas conditiones.

¶ De odoratu.

**N**on sit odoratus, nuncq; tuis immoderatus,  
Chrib<sup>9</sup> odor tibi sit, cū plusquā cetera profit,

¶ De gustu.

**S**tringe tuū gustū, qui vult consumere multū,  
Plurima gustare, vult, ventrem sepe grauari.  
Si gustum sequeris, nunquā bene proficeris,  
Si tibi credideris, non sobrius efficieris.

¶ De tactu.

**S**ic compeste manus, ne tactus sit tibi vanus:  
Tangēs immūda, manus ex hinc est male mūda.  
Vt vites pœnas, res non tangas alienas  
Non aliquid tangas male, pro quo postea plangas.

De incessu.

**S**ic pedes cohibe, ne vadant ad niala prompte,  
Non ad rixandum vadas, nec damnificandum.  
Non ad cernendum res vanas, nec recipiendum,  
Ad domū gressus dispone, tuosq; regressus.  
Et quæ de facili nequeunt assueta relinqui:  
Non sumas vsū, qui gignere possit abusū.

¶ De honestate vitæ.

**S**it tua mens munda semper, meditatio sancta,  
Actio sit iusta, nec non intentio recta,  
Commoda sint verba, sit conuersatio grata,  
Sit placidus gressus, gressus, maturus, honestus.  
Congrua sit vestis socijs, sociatus honestis,  
Compositos mores, habeas laudabiliores,

¶ Quomodo trahendum est bonum  
exemplum ab omnibus;

**I**nspice maiores, mediocres atq; minores,  
 Collige sic flores, virtutum commodiores,  
 Cum quibus orneris, salueris, & auxiliaberis.  
 Sis bene morosus, & ad impia facta morosus.

¶ De modo viuendi & conuersandi.

**S**is bene discretus, inter conuiuia latus,  
 Tunc parce comede, mage parce pocula sume.

Ac parce loquere; socios large reuerere,

Non sis ad risum pronus, nisi sit tibi visum,

Quod bene conueniat, & honeste tunc tibi fiat.

Illum homo deridet, qui multum vel cito ridet.

Non discurrendo, procedas, vel saliendo.

Non vadas nocte, vel saltem eas bene docte,

Si possis tende sociatus bene, & honeste.

Signa mali fugias, ne suspectus tibi fias.

A praua specie debet se quisq; cauere.

Non habeas socios stultos; sed dogmate fultos.

Cum sanctis habita, quæ sunt puerilia vita.

Elige doctorem, qui te faciat meliorem.

Elige consortem, qui sanctam det tibi sortem.

Qui bene vult agere, vel vilia facta cauere;

Prauorum fugere debet consortia vere.

Si sanctos sequeris, sanctus sic efficieris.

Sed peruerteris, si peruersos comiteris.

Pomum corruptum cito corrumpit sibi iunctum,

Omnia contacta denigrat pix calefacta.

Sic maculat cunctos prauus socios sibi iunctos.

¶ De ludis cauendis.

**N**on ad taxillos ludas, nam ius vetat illos.

Ludens disperdit res, famam, tempora perdit.

Fraudem committit, mendacia, scandala nutrit,

Se male ditare cupit, ac alios spoliare.

Clamat, blasphematur, irascitur; & male damnatur.

Infert litigia, periuria, verbaq; furta;

Ecclesiam spernit, nocet huic, qui ludere cernit.



## FLORETI.

Languet, macrescit, dolet, amittendo calefcit,  
Perdens insanit, molestando corpus inanit:  
Quamuis lætetur, modicum si forte lucretur.  
In hoc non ditatur, iniuste si teneatur.

¶ De fama.

**V**ir bone semper ama, qđ sit tibi splēdida fama.  
Nōmen habere bonū, fert domini fore donū.  
Quisquis habens vitam, nō debet spernere famā.  
Sancta tibi vita prodest, alijs tua fama.  
Si propriam famam fieri vis semper honestam,  
Crimina diuita, nam famam dat bona vita.  
Necdum per crimen posses amittere nomen.  
Sed mala per signa, fiet tua vita maligna,

¶ De dispositione domus.

**N**e perdas subito domui disponere scito:  
Sic tua dispone, fac omnia cum ratione.  
Sic, vt portare valeas, sumptus moderare.  
Qui nimis expendit alieum postea prendit,  
Vt bene sufficias, seruare statum sapienter.  
Sumptus non facias, nisi iuxta posse libenter,  
Nec plures teneas famulos inconuenienter.  
In vitijs caueas vastare quid insipienter,  
Sed tibi prouideas de rebus sufficienter.  
In cunctis habeas mensuram conuenienter,  
Discrete videas, quæ sunt facienda frequenter,  
Et sic disponas, prout expedit ipsa decenter.  
Quotidie multa nobis nascuntur agenda,  
Cum sunt iam nata, velocius expedienda,  
Autiliter plura remanebunt perficienda.  
Cum tibi sit cura, patrare negotia plura:  
In primo cura, cuius mora plus nocitura.

¶ Vltimum cap. de morte,

& eius sequela.

**M**ordet mors cuncta q̄ nascuntur sine cuncta.  
Mouet prius vnita soluit feriendo sagitta,  
Nemo vitare mortem valet aut superare,  
Nam clausis portis intrat loca singula fortis.

## LIBER

Noctē die cuiq; mors insidiatur vbiq;  
 Sæpe necat subito, multos gladio bis acuto.  
 Quamuis incipias, bonus in medio quocq; fias.  
 Si bene non finis, malus hic fert ad mala finis.  
 Cur bene credendo, peragens bona praua cauēdo,  
 Ne sis damnatus, semper, obedire paratus.  
 Viuere coneris bene, nam bene sic morieris.  
 Vix bene viuentem, vidi prauē morientem.  
 Non est mors subita, quam conscia bona vita,  
 Defunctos opera sociant, non arua, nec ara.  
 Sis animo fortis instanti turbine mortis.  
 Sis bene contritus, confessus, menteq; punctus.  
 Corpore munitus Christi; membrisq; perunctus.  
 Cunctis ignosce, veniam tribui tibi posse.  
 Mundum postponas, nec amicos corde reponas.  
 Summa tibi cura sit, q; mens sit bene pura.  
 Christum laudare satagas, & sæpe rogare.  
 Vt tibi condonet tua crimina, teq; coronet.  
 Subde voluntati domini, te corde libenti.  
 Est virtus facere gratum, faciēda necesse,  
 Tunc bene nitaris, vt deuote moriaris.  
 Tanquam catholicus, & Christi verus amicus.  
 In domino spera fidens, in virgine vera,  
 Omnia deuote, velit intercedere pro te.  
 Mortem commemoras Christi, eum iugiter ores,  
 Te cruce signando, veramq; fidem recitando.  
 Commendas animam domino, qui cōdidit ipsam,  
 Sed ne sis victus, caueas tunc dæmonis ictus,  
 Nam tunc conatur plus Demon & insidiatur.  
 Vt desperare faciat, quem vult cruciare.  
 Sed sibi non credas, nec ab his, quæ dico, recedas.  
 Nunquam desperes de diuina pietate.  
 Nec propria speres, fieri saluus probitate.  
 Te potius firmes, saluatoris bonitate:  
 Qui bene contritos, sperantes in deitate  
 Saluat clementer, miseranti fertilitate.  
 Quantuncq; malus fueris, poteris fore saluus,

## FLORETI.

Si bene contereris in fine libensq; fateris,  
 Sinequeas ore, tunc saltem corde fateri  
 Pectus tundendo, signumq; crucis faciendo.  
 In cruce pendentem latronem post morientem,  
 Christus saluauit, quia compatiendo rogauit.  
 Ergo fide firma te Christi nomine firma,  
 Qui nunquam spernit, quos contritos bene cernit.

### De pœnis inferni.

**P**ost mortem pœna sequitur, vel gloria plena,  
 Pœna tamen purgans est vna, altera damnans;  
 Mortali vitio moriens mors traditur orcho.  
 Semper passurus pœnam, nunquam rediturus,  
 Nam non sunt digni residentes morte maligni,  
 Quod sint saluari, quia sunt valde maculati.  
 Quamuis spectati spreuerunt esse beati,  
 Cur sunt damnati iuste, & semper cruciati.  
 Et velut ingrati nunquam sunt inde leuati.  
 Vermes cum tenebris, & verbera frigus & ignis,  
 Dæmonis aspectus, scelerum confusio, luctus,  
 Fœtor, serpentes, languor, sine fineq; vrentes.  
 Prauos torquebunt, semperq; quiete carebunt.  
 Esurient, sitient, deformes corpore sient.  
 In terræ centro percussi turbine retro,  
 Non est orandū pro damnatis, neq; dandum,  
 Nam supportari non possunt, neq; iuari.

### De pœnis purgatoriij.

**Q**ui sine mortali moritur tamen in veniali,  
 Vel nondum plena facta de crimine pœna,  
 Carcere seruiatur, in quo grauius cruciatur,  
 Donec purgatus, scandit super astra beatus.  
 Hos supportare nos possumus, atq; iuuare,  
 Ut cito purgentur, ac inde cito releuentur,  
 Profunt defunctis, purgant in carcere punctis,  
 Missa, preces, dona, profunt ieiunia prona,  
 Ac per eos facta propere legata soluta.

LIBER FLORE

¶ De gaudijs paradisi.

**Q**uam mundus morit, penitus mox pace potit.  
 Gaudens in domino cū sanctis in paradiso.  
 Non decet orare pro sanctis, immo rogare  
 Debemus. canere, atq; ipsos semper celebrare.

¶ De cælorum numero.

**D**eni sunt cæli referandi corde fideli.  
 Luna stat in primo, stat Mercuriusq; secūdo.  
 Ac Venus interno, Sol vult lucere quaterno;  
 Mars nitet in quinto, sed Iuppiter ordine sexto,  
 Saturnus cælo septeno sistitur alto.  
 Octauo cælo stellas tibi adesse reuelo.  
 Stat crySTALLINUM super istos luce serenū,  
 Fulget in empireo summo paradisu olympo;  
 In quo sunt iuncta sine defectu bona cuncta,  
 Hic deitas trina regnat super omnia digna,  
 Astat regina sibi mater virgo benigna.  
 Inde hierarchia triplici sunt agmina nona.  
 Dat cherubin; seraphin; choros distinctio summa,  
 In medio dominans princeps, simul atq; potestas,  
 Hinc virtutes sistunt; archangelus, angelus atq;  
 His homines grati reuerenter sunt associati,  
 Iuxta promerita præsentē data sibi vita:  
 Secum laudantes dominum semper specularantes,  
 Cernit, amatq; Deū sanctus, fruitur, tenet ipsum,  
 Sic gaudet, pfallit, laudat, sine fine quiescit,  
 Diues honoratus, tutus, liber, & sociatus,  
 Clarus, subtilis, agilis, non passibilis sit.  
 O quam ditati sunt cæli sede beati,  
 Semper honorati, summe sunt glorificati.  
 Ergo mundanis rebus spretis quasi vanis:  
 Cælica pascamus, & sursum cor teneamus.  
 Ut Deus a pœnis protectos, atq; catenis,  
 Post mundi cursum faciat nos scandere sursum.  
 Ut (velut optamus) ibi semper eum videamus,  
 Qui dat cuncta bona, dei nobis hæc pia dona.

## LIBER PRIMVS.

**I**ste liber scriptus, Floretus nomine dictus.  
Per me collectus sic, per te sæpe relectus.  
Ac intellectus, ac firmo corde receptus.  
Factus productus, & sic pariet tibi fructus.  
Cum quibus hic gratus fies, & sine fine beatus.  
Christo clemente florum cultore fauente.  
Laus tibi sit Christe bone simul sine fine.  
Quo duce floretum scripsi bonitate repletum,  
Te rogo, des flores nobis fructus, & odores.  
Sic, q̄ per mores summos habeamus honores.

¶ FINIS.

## ¶ QVINQVE CLAVIVM SAPIETIAE.

¶ Liber primus.



Talis est rudibus præsentis cura libelli.

Et facilẽ pueris p̄bet in arte viam. (git.

Lactis, & instar habet, qđ maã ab vberẽ lug

Infans qui nõdum mãdare dura potest.

Hec ruditiũ mentes doctrina repẽte subibit.

Vt facili saliant ad potiora gradu.

Huc properate rudes, cupitis qui dona sophiæ.

Et dominum præcibus sollicitate pijs.

Non nisi dante Deo sapientia dabitur vlla.

Et sine quo nullus rite peritus erit.

Omnia namq̄ salus, omnis sapientia ab illo est.

Qui pater est rerum, conditor, & dominus.

Principium leue magnis in rebus habere

Qui s̄q̄ potest: sed non sic sibi finis erit.

Ne cito que cupiunt, deseruisse velint.

Non dat ut exẽplo bona post primordia merces

Congrua: sed rectus præmia finis habet.

Qui cupit ergo decus cuiuslibet artis habere.

Inchoet, & finem tendat ad vsq̄ bonum.

Vt non ergo putes doceat qđ vana libellus.

Hoc (vt scire potes) commoditatis habet.

C iij

LIBER

Hic & discipuli per congrua verba mouentur.

Hic quoque quid doceat quisque magister erit.

Donec discipuli vult quisque sumere formam,

Quid sibi conueniat praeponet ille liber.

Iura magisteris, cupiunt qui recte tenere.

Hic quid eos doceat rite libellus habet.

**V**T tradunt veteres sapientia quinque seratur  
Clauibus, sic statuit omnipotentis opus.

At quoniam Christus sapientia patris habetur.

Hanc ipsam (velut est) ducere nemo potest.

Hac igitur volumus mundano iure notare.

Discere, quam studeas, est labor omnis homo.

Quae possessores reddit quandoque superbos,

Saepeius & veram deseruisse facit.

Sed tamen ista dei dat multis cognitionem.

Et facit ut recolant, atque sequantur eum.

Ista monet mundi contemnere saepe ruinas.

Vnde fit ut multos linquere vana iuuet.

Philosophi atque etiam (quamuis errasse probetur)

Mundum cum pompis deseruisse patet.

Istius ergo donum si vult accedere quisquam;

Clauibus his aditum prorsus habere potest.

Prima sapientiae clavis est, legendi assiduitas.

**E**Rgo, qui prima vult hostia pandere clauis,

Hac legat assidue, & viuere nolit iners.

Et sua non vanis ammittat tempora ludis.

Ne coeptum studium sic cito despiciat.

Absque labore graui vix munera magna dabuntur;

Gratior est plenus utilitate labor.

Claudatur omnino sibi ianua prima sophiae.

Cui custodita lectio non fuerit.

Sed datur accessus facilis cui tempore in omni

Et legisse placet, neque vacasse iuuat.

Dogmata forte leui capiuntur magna labore;

Artis & ad summum sat cito currit homo.

## LECVNDVS.

Ast opus magno (fateor tibi vera) labore  
Si quis nosse cupit, litera quid doceat.  
Autorum magno simulatum scriptura profundo,  
Et pelagi immensi nō minus instar habet.  
Tempore nō magno tant nisi scripta leguntur.  
Qualiter ergo breui discere quis poterit,  
Consultit ergo tibi lector res ipsa patenter,  
Cautus vt assidue dogmata sumpta legas.

¶ Secunda clavis sapientiæ est me-  
morix commendatio.

**S**i cupis ergo aditum clavi referare secūda,  
Protinus ipsorum, quæ legis esto memor.  
Lectio crebra valet, quam non obliuio tollit,  
Vt recolas plene, cum tibi præbet opus.  
Proficit ille nuncq̄, cui semper lecta nouantur.  
Quod putat esse aliud, hoc erit illud idem.  
Est idcirco decens repetantur vt ista frequenter:  
Quæ cupias menti fixa manere tuæ,  
Vt cum forte tibi fuerint iam lecta necesse.  
Ipsorum facile, possis adesse memor.  
Cuiq̄ dare voluit naturæ prouida cura,  
Dissimiles vultus, dissimilesque animos,  
Sunt cito, qui capiunt doctrinam quamlibet, atq̄,  
Quæ memorari discunt, omnia corde tenent,  
Sunt, qui difficile capiunt, sed dogmata sumpta  
Corde tenent memori: qui didiscere semel.  
Atq̄ melancolicis cædit vis ista frequenter,  
Vnde fit vt tales discere pauca velint.  
Sunt hodie facile qui plurima dogmata discunt,  
Cras memores horum nullius esse valent.  
Quosdam sic ebetes prorsus natura creauit,  
Qui summis studijs discere nulla valent,  
Consultit his ratio, qd̄ opus commune frequentent,  
Nec sua per requiem tempora dent vitijs,

¶ Tertia clavis sapientiæ est,  
honor magistri.

C iij

LIBER

**S**i præceptorî referas studiosus honorem,  
 Tunc reuoluta tibi tertia clauis erit,  
 Quisq; vicem domini retinet de iure magister,  
 Dignus honore, quisq; ob hoc magister erit,  
 Discipulus Chironis erat cum magnus Achilles,  
 Plus etiam domino sæpe timebat eum,  
 Plato etiam Socrati dignum ferebat honorem,  
 Philosophus summus quamuis & ipse foret,  
 Magnus Alexander, qui toto regnabat in orbe  
 Profilit ex cursu, quando vidit Socratem,  
 Quanto maior fueris, sis subditus ipse magistro.  
 Hæc tibi vera loquor, gloria maior erit,  
 Nam sunt nonnulli, qui delectantur honore,  
 Et sibi latus honor numinis instar habet,  
 Et siquidem magnum placidū retinere magistrū,  
 Vt documenta sibi perstudiosa ferat.  
 Est enim expertum qđ si contraria menti  
 Dogmata det doctor, discere male potest,  
 Ergo discipuli lætum seruare magistrum  
 Perstudeant, vt sic dogmata grata ferant.  
 Pertimeant, venerētur eum, meritumq; laboris  
 Non retrahant, optat præmia quisq; labor.  
 Nam qui doctori gratum pretendit honorem,  
 Suscipiet, & similem quando magister erit.

¶ Quarta clauis sapientia est,  
 contemptus diuitiarum,

**C**lauis quarta monet contemptus diuitiarum;  
 Quas qui corde tenēt discere vix poterūt.  
 Spernas diuitias, moneat cum philosophia  
 Ipsas, qui sequitur, qualiter eius erit,  
 Vtile sit cunctis cor non apponere gazis,  
 Est tamen vtilius discere, quæ cupiat.  
 Diuitias nullas sanctus cupiuit habere  
 Afflue diuitis, sed non peccabis in ipsis.  
 Cor non adponas, psalmus vt ipse docet,



SECUNDVS. LIB. II

In se cor apponit qui studiosus exoptat,  
 Et preponit eas omnibus officijs.  
 Qui faciles aditus clauis vellit pandere quarta,  
 Hæc stabili semper iussa tenore legat.  
 Diuitiæ multis excæcant corda cupitæ,  
 Quisquis eas optat, hic nec honestus erit.  
 Nil sapiens diuinâ refert in pagina falsum  
 Auctorem, studijs nec bene proficiunt.  
 Ex his procedunt periuria, furta, rapina,  
 Criminis & multum vilia lucra ferunt.  
 Has magis quisq; cupit quâto magis multiplicat,  
 Vnde sit, vt subeat crimen auaritię.  
 Quas quis sectatur colit idola, Paulus vt inquit.  
 Atq; creatorem deserit ille suum.  
 Ex quibus ergo tibi tet crimina progrediuntur,  
 Diuitias lectior linquere rude stude.

¶ Quinta clauis sapientiæ est,  
 frequens interrogatio.

**H**Aud procul a vero potior quam reliquarū  
 Clauis quinta monet nosse, velur poteris.  
 Hoc est, vt quæras, quæ sunt ignoia frequenter.  
 A quocunq; vides posse satistieri.  
 Prudentis mos est varias inquirere causas,  
 Vt valeat mentem certificare suam.  
 Et quanto potior est: tanto prudentior extat.  
 A quocunq; valet discere, si studeat.  
 Qui super ambigujs cognoscere certa laborat,  
 Laudibus eximijs hic queq; dignus erit.  
 Discere si quenquam verecundia forte retardat.  
 Improbus insipiens, & reprobandus adest.  
 Opportuna tibi semper prudentia gliscit.  
 Nanq; solet dubitans quærere certa fari.  
 Pandit enim gratis que stio certa frequer s.  
 Pythagoram legimus memphis petisse poetas,  
 Vt quæ nesciret, deficere posset ab his,  
 Hunc philosophum sic iam gracia tota tenebat.

LIBER

Miratur tanto memphis & ipsa viro  
 Summis gymnasijs academia tota Platonis;  
 Cognita magnifici partibus orbis erat.  
 Hinc rament Aegyptum nimio peragrado labore,  
 Venit ad Architam qui quoque magnuserat.  
 Lac pueros foueat, forte hoc panis adultos  
 Ut triplici studio congruat ordo triplex.  
 Tunc non distident pueri grauitate laboris,  
 Nec doctrina rudi congrua fortis erit.  
 Cum tibi, que dantur plena laboris erunt,  
 Indiscretus homo merito reprehenditur omnis;  
 Qui proprijs factis spernet habere modum.  
 Omnibus in rebus res est discretio summa,  
 Est modus in rebus facit, & esse bonum.  
 Nam quæcumque facit, si non discreueris ante,  
 Ad reprobum finem sepe venire solent  
 Si quodam Tisbe melius discreta fuisset,  
 Non denigrasset sanguine, poma suo.  
 Si genitus Phœbi, Phetò discretior esset,  
 Nec genitoris equos ageret ille suos.  
 Hic fuit exemplo scribēdi iussa potestas.  
 Sed ditare alijs carmine cura fuit.  
 Terpsicore Vrania manu venere tenendo:  
 Quas Erato sequitur musa iocunda satis.  
 Confedere simul sumpto quoque themate dicit,  
 Atque liber dicunt, iste secundus erit.

¶ Liber secundus de quinque modera-  
 minibus, quæ erga discipulos magister  
 debet habere. Incipitur feliciter.



Actenus hic noster per dogmata certa libellus  
 Discipulos docuit congrua iura sequi,  
 Ammodo quod deceat reuerēdos cura magis  
 Imparibus metris, talia nostra refert. (Stros.  
 Nemo tamen speret, quod deroget ipsa magistris  
 Doctrina, tantos instituendo viros,

LIB. I.  
 SECUNDVS.

At bene, quę noscunt, ad eorum corda reducti,  
 Vt nihil indignum quisq; quod obsit, amet,  
 Lędere doctores, si mihi foret vlla voluntas,  
 Percuterem pectus forsitan ipse meum,  
 Sed nihil referam veterum, nisi verba virorum,  
 Quod velut auctorem tempora nostra colunt.  
 Quod sint doctrinę merito moderamina quinq;  
 Credo, qđ in promptu quisq; magister habet,

¶ Primum moderamen est, vitiorum correctio.

**O**rdine nanq; prius correctio sit vitiorum,  
 Quę iuuenū mētes prorsus ad ima trahūt,  
 Sicq; mouent animos, nisi sit castigata frequenter,  
 Vt nil vel modicum discunt in his residentes.  
 Ergo si quis habet socios, quos diligit ipse,  
 A vitijs retrahat, vocibus & baculo.  
 Si quem forte nimis correctio digna grauabit,  
 Iura magisterij, tu tibi firma tene.  
 Et si noluerit habere te forte magistrum,  
 Ipsum discipulum non fateare tuum.  
 Quamuis nobilibus stultis tamen esto superbus,  
 Nec melius stultos perdomuisse potes.  
 Ibit ad alterius forsan documenta magistri,  
 Sed nisi qualis erit, nullus habebit eum,  
 Tu probus viuū tibi displicet illud,  
 Pro quo te refugit, cui vitiosa placent.  
 Sed si forte alios socios nansciscitur ipse,  
 Omnes prorsus eant quis vitiosa placent,  
 Ipse magisterij teneas tibi recte vigorem.  
 Esto constans animo ne moueare tuo,  
 Commoueas alios, ipse placitura ministres,  
 Qui se doctrinę supposuere tuę.  
 Stulta loqui fatuus consuevit, recta peritus,  
 Conuenienter eos non tenet vna domus,  
 Si vicium semper reprehendis discipulorum,  
 Primum doctrinę tunc moderamen habet.

¶ Secundum moderamen est, bonorum morum informatio.

**S**I cupis iuxta moderamen habere secundum Informes socios moribus ipse bonis.

Nam bene tunc rectus seruiatur in omnibus ordo,

Vt demptis vitijs instituere bonis,

Dic, quid eos doceat, quid cōpetat, vt documenta

Quæ dederis nullo præpudiente ferant,

Vt per honesta sequi totiens qui viderit eos,

Dicat, qui docet hos iure, magister adest,

Semper crescit honor, & gloria celsa magistro,

Cuius discipulus dicitur esse bonus.

Moribus at prauis fuerit si forte repletus,

Ipsius in culpa iure magister erit.

Hic quoq; discipulus fuerit si forte superstes,

Vix vnq; poterit immemor esse tui,

Rebus & exemplis (illa informatio vera est)

Instituas socios sapius ipse tuos.

Rebus idem, vt te videant exemplar honesti,

Sed quodcunq; monent tu videre sequi.

Nam quicunq; docet bona, cū male vixerit ipse,

Se perimit iaculo reprobus ipse suo.

¶ Tertiū moderamē est, magistri tēperata correctio.

**N**on nimium socijs consuelcas esse seuerus.

Indociles feritas immoderata facit,

Sæpe iurare solent, si ludicra congrua tangas,

Et recreant animos talia verba suos.

Maxima cum fuerit nimium, vel lectio fortis.

Lætificent mentes qualiacunq; feras.

Tullius illud idem, quotiens auditor abescit,

Iussit vt orator lubrica ponat ei.

Austerum vitijs semper decet esse magistrum,

Præsertim in scholis cum couere simul.

Sed decet, vt gratus ipsos sermone notetur.

Pro minimis etiam congrua verba serens,

Congrua facta loco grauet hunc, & questio nulla

Sed sibi grata ferat, nouerit vt melius.

SECVNDVS. LIB. III

Non nimium nugas referat cum quarit ab ipso,  
 Talia namq; animos, saepe grauari solent,  
 Non debet doctor sociorum spernere quemq; a,  
 Vnus enim socius doctior esse solet,  
 Si noscent omnes, quantum scit & ipse magister,  
 Vix cuperent forsan discere dogma suum,  
 Nec non pro minus solet aptior esse magister,  
 Pro quibus & reliquis gratia maior erit,  
 Fama volat, transitq; modum quocunq; feratur,  
 Hæc cito mortales deprimat, atq; leuat,  
 Quicunq; ergo sibi famam seruarii honestam,  
 Promeruit decori munera magna suo,  
 Neglector fame fiet neglector honorum,  
 Et merito cunctis ille perosus erit.  
 Quicunq; ergo sibi famam gliscit retinere,  
 Omnibus hic studeat gratus adesse bonis,  
 Sit cunctis mitis, tractabilis, atq; benignus,  
 Subleuet vt nomen prospera fama suum,  
 Et si displicet prauis, non sollicitetur.  
 Quis nisi sit prauus nemo placere potest,  
 Opto placere bonis, prauis odiosus haberi.  
 Namq; solent odio prauos habere bonos,  
 Quartum moderamen est magistri  
 discipulos triplex modus docendi.  
**N**unc superest quarti moderaminis optima cura,  
 Qua sine perfectus nemo magister erit,  
 Congrua personis studeat conferre quibusq;  
 Nec super excedat iura magistrisq;  
 Instar habet siquidem verę sapientia matris,  
 Lacte fouens pueros, pane cibans validos,  
 Cum iuuenilis habet quid dens rodere possit,  
 Vnde queat vires sollicitare suas,  
 Quæ possessores reddit quandoq; superbos,  
 Sapius & veram deseruisse facit.  
 Sed tamen ista Dei dat multis cognitionem,  
 Et facit vt te recolant, atq; sequantur eum,

Ista monet mundi contemnere sepe ruinas.  
 Vnde fuit, vt multos linquere vana iuuet,  
 Philosophi atq; etiam (quauis errasse probentur).  
 Mundum cum pompis deseruisse patet.  
 Istius erga domum si vult accedere quisquam.  
 Clauibus his aditum prorsus habere potest.  
 ¶ Prima species clauis est, legēdi assiduitas.  
**E**Rgo qui prima vult hostia pandere clauis,  
 Hic legat assidue, & viuere nolit iners.  
 Non aliqua tellus parte perusta foret,  
 Aschalaphus speciem nondum bubōnis haberet,  
 Sidi discretus homo per sua verba foret,  
 Ex indiscretis veniunt mala plurima rebus.  
 Discretum merito quisq; probabit opus.  
 ¶ Quintū moderamen est magistri erga  
 discipulos frequens q̄stio cū satisfactione.  
**Q**Vintum restat ei solū moderamen habēdū,  
 Qui vult doctoris munera bona sequi  
 Hos igitur curet sat sollicitare frequenter,  
 Qui documenta sequi propoluere sua.  
 Nam solet esse vagum genus hoc nimisq; petulcū,  
 Respicias socios, vt documenta firment,  
 Atq; cateruatim verba benigna refer.  
 Omnes sollicita videas quos fore vagantes,  
 Quid dubitet querat, atq; satisfaciat.  
 A minimo polcas si nouerit omnia recte.  
 Hunc ignota docens præcipe, qđ studeat.  
 Vtq; rudes doceat iubeas per sepe petitis.  
 Exortando viros sapius ipse tuos,  
 Paulatim subeant morum documēta moderni,  
 Diffidunt aliqui lectio quando grauat.  
 Sed diffidentī conuicia congrua profer,  
 Quemlibet exemplo restituendo virum,  
 Torpentem in medio referas quemcūq; vagantē,  
 Dic socijs coram, quam male cessit ei.  
 Ette siue alium ponas in honore magistrum.  
 Quem labor & vehemens cura dedere tibi.

SECUNDVS. LIBER I.

Si ingeniosus eris per idonea verba loquendo.

Cur poteris facile sollicitare suum.

Quid pdest tibi nobilitas, quid virtus clara parētū;

Vt Iuuenalis ait, stemmata quid faciūt?

Multa sub exemplis prodest recitare magistrū;

Multoties animos talia verba mouent.

Discipulis quæcunq; potes placitura referre.

Iugiter vt faciant dicta vel acta stude.

Verum confiteor simul omnibus opto placere.

Si nequeo, saltem glisco placere bonis.

Inuidiæ vitium, probitas cui displicet omnis

Abstet, & vestrum cuiq; placebit opus.

Cui bona nulla placēt, nisi q̄ mala iure probantur;

Respuo, quod placeant crimina nostra sibi.

Omne bonum reprobat, ergo qui reprobat istud,

Argumenta feram, hoc opus esse bonum.

Cur non ergo bonis, quæ sunt bona iure placebūt;

Et si bona placeant, cur mala forte placeant?

Nullus & auctorem (quia sit fortasse modernus)

Spernat, adhuc priscus (non dubitetur) erit.

Tempore Nasonis fuit idem Maro modernus,

Sed tamen est habitus iure poeta bonus.

Non ego q̄ tanto similis ferar esse poete.

Consueuere tamen infima summa sequi.

Quod si magnates sua sic tunc metra colebant.

Cur est indigna crimina nostra colit?

**I**steliber merite rudium doctrina vocatur,

Quod leuiter rudibus preparat artis iter.

Hic quasi primus erit, quia lac puerile ministrat.

Atq; valent leuius dogmata nulla legi.

Sum rudis, idcirco rudibus satis opto placere,

Et dare quo valeam gratus eris fieri.

Hæc sibi si placeant, citius potiora feremus,

Nam bene Pierides ad mea vota fauent.

Lac degustetur prauis sine dentibus aptum,

Dentibus exortis ammodo panis erit.

LIBER LECVNDVS.

Cumq; renascentur septeno tempore dentes,

Ossa parabit eis philosophia parens.

Incolumes propios sapientia seruat alumnos.

Namq; sit discrete matris habere modum,

Cuius corde humili si quis fomenta requirit,

Non sinit expertem quemlibet esse sui,

Scripserat, sed totas impleuit musa tabellas.

Si foret vlla vacans, carmina plura forent.

Tunc alias poscit, prohibet se calliopeia,

Cuius ad imperium quæq; camœna fauet.

Ipsa thalia dedit tabulas mihi grata camœna,

Addidit hoc scribas, edere iussa paro.

Scribe recedentes dixerunt quinq; camœna,

Nos iterum reuoces, si tibi præbet opus,

Et tunc eximias refero pro munere grates.

Urbem, ego nemorum hæc loca grata petunt.

Dogmate perfecto socijs exemplar habendum,

Tradimus, & nostrum fert cita fama librum,

Constituere simul doctores deniq; , vt ipsum

Suscipiant pueri discipulicq; rudes.

CLAVS DEO.

FLORETVS ALTERQ VAE LIBEL  
LVSVI DICTVS EST QVIN  
QVE CLAVES EXPLICITI  
SVNT ANN. M. D. LIII.





AESOPI  
FABVLAE.

FELICITER INCIPIVNT VR.



**V**T iuuet, & proſit, donatur pagina pſens,  
Dulcius arriſcent ſeria piſta iocis,  
Hortulus iſte parit fructū cū flore: ſauores,  
Flos, & fructus emunt, hic ſapit, ille nitet,  
Si fructus plus flore placet, fructū lege, ſi flos  
Plus fructu ſtorem, ſi duo; carpe duo,  
Ne mihi ſopitet torpentem inertia ſenſum,  
In quo peruigilet, mens mea nouit opus,  
Vt melſis precium de vigili ſurgat agello:  
Verbula ſicca Deus impleat ore ſuo,  
Verborū leuitas morum fert pondus honeſtum,  
Et nucleum celat arida teſta bonum,



LIBER PRIMVS.

De gallo & hyaspide.

**D**VM rigido fodit ore simū, dum quæsitat escam,  
Dum stupet inuenta hyaspide, gallus ait,  
Res vili preciosa loco nitidique coloris  
Hac in forde manes, nil mihi messis habes,  
Si tibi nunc esset, qui debuit esse repertor,  
Quem fimus lepelit, viueret a te nitor.  
Nec tibi conuenio, nec tu mihi, nec tibi profum.  
Nec tu mihi prodes, plus amo cara minus.  
In gallo stolidum, in hyaspide dona sophig  
Pulchra notes, stolido nil sapit ista seges.

De lupo & agno.

**E**St lupo, est agnus, sitit hic, sitit ille fluentem.  
Limite non equo querit uterque sibi,  
In summo bibit amne lupo, bibit agnus in imo,  
Hunc timor impugnat verba mouente lupo,  
Rupisti potumque mihi riuicque decorem,  
Agnus utrumque negat se ratione tuens,  
Nec tibi, nec riuo nocui, nam prona supinum  
Nescit iter, nec adhuc vnda nitore caret,  
Sic iterum tonatorum lupo, mihi damna minaris,  
Non minor, agnus ait, cui lupo, immo facis,  
Fecit idem tuus ante pater sex mensibus actis,  
Cum bene patrisse, crimine patris obi,  
Agnus ad hæc, tanto non vixit tempore, predo  
Sic tonat, an loqueris furcifer: huncque vorat,  
Sic nocet innocuo nocuus, causamque nocendi  
Inuenit, hi regnant qualibet vrbe lupi,

De mure & rana.

**M**VIS iter rumpente lacu veni obuia muri  
Rana loquax, & opem pacta nocere cupit,  
Omne genus pestis superat mens diffona verbis,  
Dum sentes animi florida lingua polit,  
Rana sibi murem silo confoderat, audet  
Nectere fune pedem, rumpere fraude fidem

## FABVLARVM AESOPI.

Pes coitergo pedi, sed mens a mente recedit.  
Ecce natant, trahitur, hunc tamen illa trahit.  
Mergitur, vt secum murem demergat amicum.  
Naufragium faciens, naufragat ipsa fides.  
Rana studet mergi, sed muse emergit, & obstat  
Naufragio, vires suggerit ipse timor.  
Miluus adest, miserumq; truci rapit vngue duellum.  
Hic iacet, ambo iacent, viscera rupta patent,  
Sic pereant, qui se prodesse fatentur, & obstant.  
Discat in actorem poena redire suum.

### De cane & oue.

**I**Ncausam canis vrget ouem, sedet arbiter, audit.  
Reddat ouis panem, vult canis, illa negat.  
Pro cane, stat miluus, stat lupus, stat vultur, & instant:  
Panem quem pepigit reddere, reddat ouis,  
Reddere non debet, nec reddere iure tenetur,  
Et tamen vt reddat, arbiter instat oui.  
Ergo suum (licet hyems erat) preuendit amictum.  
Et boream patitur vellere nuda suo.  
Sæpe fidem falso mendicat inertia teste,  
Sæpe solet pietas criminis arte capi,

### De cane gerente carnem.

**D**Vm carnē gerit ore canis, caro porrigit umbrā.  
Umbrā coheret aquis, has canis vrget aquas.  
Spem carnis plus carne cupit: plus foenore signum  
Foenoris, os aperit, sic caro, spesq; perit.  
Non igitur debet pro vanis certa relinqui:  
Non sua, quis amet: mox caret ipse suis.

### De leone, oue, capra, & iuuenca.

**V**T ratione pari fortunæ munera sumant,  
Sumunt foedus ouis, capra, iuuenca, leo.  
Cervus adest, ceruum rapiunt, leo sic ait, hæres  
Primæ partis ero, nam mihi primus honor,  
Et mihi defendit partem vis prima secundam,  
Et mihi dat maior tertia iure labor.

## LIBER PRIMVS.

Et pars quarta meum (nisi sit mea) rumpet amorem,  
Publica solus habet fortior ima premens.  
Ne fortem societ fragilis, vult fabula præsens.  
Nam fragili fidus nesciet esse potens.

De latrone vxorem ducente.

**F**oemina dum nubit furi, vicinia gaudet.  
Vir bonus & prudens talia verba mouet.  
Sol pepigit sponsam, louis aurem terra querelis  
Perculit, & causam cur foret agra dedit,  
Sole necor solo, quid erit si creuerit alter?  
Quid patiar? quid agertanti caloris hyems?  
Hic prohibet sermo lætum præbere fauorem?  
Qui mala fecerunt, vel malafacta parant.

De lupo & grue.

**L**ætæ lupum cruciat via gutturis osse retento,  
Mendicat medicam multa daturus opem;  
Grus promissa petit de faucibus osse reuulso,  
Cui lupo, en viuus munere tuta meo.  
Nonne tuum potui morsu præscindere collum?  
Ergo pro dono sit tua vita meo,  
Nil potest prodesse malis mēs parua malorum,  
Immemor accepti non timet esse boni,

De duabus canibus,

**D**e partu querelam verborum nectare plenam,  
Pro cane mota canis suscipit e de canem.  
Hæc abit; illa manet, hæc cursitat, illa quiescit,  
Sed tamen a partu rumpitur illa quies.  
Illa reddidit, reddiq; sua tecta precatur,  
Obserat hæc aurem, nec minus aure domum.  
Plus prece posse minas putat hæc, plus bella duobus,  
Nescit posse minas plus prece, bella minis,  
Cum dolor hanc armet, plus matrem filius armat,  
Cedi sola gregi, causaq; iusta perit.  
Non satis est tutum mellitis credere verbis,  
Ex hoc melle solet pestis amara sequi.

FABVLARVM AESOPI.

De homine & colubro.

**C**Um niue canet humus, glacies dū sopit aquarū  
Cursus, in colubrum turbida sæuit hyems,  
Hunc videt, hunc reficit hominis clementia verum;  
Temperat hunc tecto, temperat igne gelu.  
Ore ferit virus coluber, sic toxicat illum.  
Hospes ait colubro, non rediturus abi.  
Non exit coluber, nec vult exire, sed heret.  
Amplectensq; virum sibila dira mouet.  
Reddere gaudet homo nequam pro melle venenum,  
Pro fructu pœnam, pro pietate dolum,

De asello & apro.

**A**Vdet asellus aprum risu tentare proteruo.  
Audet iners forti dicere, frater aue,  
Vibrat aper pro voce caput, nam verba superbit  
Reddere, sed dentem vix tenet ira trucem.  
Sustamen ista mouet, vilem dens nobilis escam  
Spernit, desidia tutus es ipsa tua.  
Non debet stolido lædi prudentia risu,  
Nec stolidus doctum debet adire iocis.

De mure rustico & vrbanò.

**R**Vsticus vrbanum murem mus suscipit ede,  
Comodat & mensam, mensaq; mente minor.  
In tenui, mensa satis est sincera voluntas,  
Nobilitat viles mens generosa dapes.  
Facto sine cibis vrbanum rusticus audit.  
Vrbani socius tendit in vrbis opes.  
Ecce penum subeunt, inseruit amicus amico.  
Inuigilans mensq; fercula mensæ gerit.  
Commendat, conditq; cibos clementia vultus.  
Conuiuã satiat plus dape mentis honor.  
Ecce fere clauis immurmurat, ostia latrant.  
Ambo timent, fugiunt ambo; nec ambo latent.  
Hic latet, hic latebras cursu mendicat inepto.  
Assuitur muro reptule muris onus.

LIBER PRIMVS. FABVLA

Blanda penu clauso parcat fortuna timori;  
 Ille tamen febrit, teste timore tremit,  
 Exit, qui latuit, timidum sic lenit amicum.  
 Gaude carpe cibos, hæc sapit esca fauuum.  
 Fatur, qui timuit, latet hoc in melle venenum.  
 Fellitumq; metu non puto dulce bonum.  
 Quam timor obnubit, non est syncera voluptas,  
 Non est solcito dulcis in ore fauus.  
 Rodere malo fabam, quam cura per pete rodi.  
 De generare cibos cura diurna facit.  
 His opibus gaude, qui gaudes turbine mentis,  
 Pauperiem ditet pax opulenta mihi.  
 Hæc bona solus habe, quæ sunt tibi dulcia solis;  
 Det precium dapibus vita quieta meis,  
 Finit verba, redit, præponit tuta timendis.  
 Et quia summa timet, tutius ima petit.  
 Pauperies silata venit, ditissima res est:  
 Tristior immensas pauperat vsus opes.

De vulpe & aquila:

**C**Vm vulpes aquilam pro rapta prole perungit  
 Mille precum, prædam reddere nescit auis,  
 Præda gemit, nidiq; timet cibus esse gulosum.  
 Sed redimit natos vtilis arte parens.  
 Arboreum zonat stipulis & vimine truncum;  
 In stipulâ docto dirigit ore facem.  
 In pullos aquilæ coniurat copia sumi.  
 Hanc tamen vt vulpem prouida placat auis.  
 Non sit, qui studeat (quia maior) obesse minori.  
 Cum bene maioris possit obesse minor.

De testudine & aquila.

**P**Es aquilæ, prædo testudinis, aëra findit.  
 Hanc sua concha tegit, cornua longa patent.  
 Hoc monitu cornix aquilam præmunit, ineptum  
 Fer onus, at fiat vtile, crede mihi.

FABVLARVM AESOP.

Quod geris in concha, cibus est, tibi surripit illum  
 Concha cibum, concham frange, cibusq; cadet.  
 Ut concham lanies, pro viribus vttere sensu.  
 Hanc si celsa cadat: saxea franget humus.  
 De se stultus homo subuersus turbine linguæ  
 Corruit; & fortes iusta procella rapit.

De vulpe & coruo.

Vulpe gerente famem coruus gerit arbor, & escã  
 Ore gerens coruus vulpe loquente silet.  
 Corue decore decens: cignum candore peremptas.  
 Si cantu placeas, plus aue quaq; places.  
 Credit auis, pictaq; placent praeludia linguæ.  
 Dum canit, vt placeat, caseus ore cadit.  
 Hoc fruitur vulpes; insurgunt tædia coruo,  
 Asperat in medio damna dolore pudor.  
 Fellitum patitur risum, quem mellit inanis  
 Gloria, vera parit tædia falsus honor.

De leone & apro.

Irrepsit miserum grauitas annosa leonem,  
 Inglatit corpus, corq; senile gelu.  
 Instat aper, pensat veteri pro vulnere vulnus,  
 Fronte eum telo taurus utroq; fodit.  
 Sæuit asellus iners, & frontem calce sigillat.  
 Hoc solo gemitu vindicat acta leo,  
 Omnia, quæ vici, me vincunt omnia, dormit  
 Vis mea, dormit honor, dormit honoris opus,  
 Cui nocui, nocet ille mihi, multiq; peperci:  
 Qui mihi non parcut, pro pietate nocent.  
 Hunc timeat casum, qui se non fulsit amico,  
 Nec dare vult felix: quam miser optat opem.

De catulo & asello & domino.

Murmuris & caudæ studio testatur amorem,  
 Nunc lingua catulus, nunc pede palpat herus,  
 Gaudet herus, comitq; canem, comitemq; ciborum  
 Efficit, alludit turba ministra cani.

## LIBER PRIMVS.

Arte pari, simileſq; cibor, ſimilemque fauorem  
Lucrari cupiens inquit aſellus iners,  
Me catulo præfert vitæ nitor vtile tergum,  
Ne fructu placeo, ſed placet ille ioco,  
Ludum ludo placens: ſic ludit tempore viſo,  
Vt placeat, ludo, ludit & iſtat hero.  
Blandiri putat ore tonans, humeroque priorum  
Preſſo mole pedum ſe putat eſſe pium,  
Clamat herus, vult clamor opem, ſubito ordo cliētum,  
Multa domat multo verberare claua reum.  
Quod natura negat, nemo feliciter auder.  
Diſplicet imprudens, quando placere putat,

### De mure & leone.

**F**Rrigida ſopito blanditur ſylua leoni.  
Curſitat hic murum ludere prompta cohors,  
Preſſus mure leo murem capiti, ille precatur,  
Ille preceſſum vibrat, ſupplicat ira præci.  
Hæc tamē ante mouet animo, quod mure preſumpto  
Laudis habet ſummum, vincere parua puder,  
Si nece dignetur murem leo nonne leoni  
Dedecus, & muri cœperit eſſe decus?  
Si vincat minimum ſummus, ſic vincere fraus eſt,  
Vincere poſſe decet, vincere crimen habet.  
Si tamen omne decus ſit laus, ſic vincere laus eſt,  
Et decus hoc minimo fiet ab hoſte minus,  
De precio victi pendet victoria victor.  
Tantus erit victi gloria, quanta fuit,  
Mus abit, & grates reddit (ſi reddere poſſet)  
Spondet opem ſolus, ſit mora parua dies,  
Nam leo rete ſubito, nec prodeſt viribus vti.  
Sed prodeſt querulo murmure damna loqui,  
Mus redit, hunc reperit, cernit loca: vincula rodi,  
Hac ope penſat opem, ſic leo tutus abit,  
Rem potuit tantam minimi prudentia dentis,  
Cuſleo dans veniam, ſe dedit ipſe ſibi.



## FABVLARVM AESOP:

Tu qui summa potes, ne despice parua potentem

Nam prodelle potest, si quis obesse nequit.

De Miluo infirmo & matre.

**M**iluus molle iacet morbo, matremq; precatur,

Vt superis pro se det sacra, detq; preces.

Mater ait, mi Nate deos & sacra deorum

Laxisti, recolunt impia facta dei,

Criminis ultores pensant pro crimine pœnam.

Dum sacra turbasti, ipœna timenda fuit.

Te cogit timor esse pium, te pœna fidelem.

Hic timor, hæc pietas, cum nece sera venit.

Qui maculat vitam, immaudus, cur incolit aras?

Quem sua facta premunt, cur aliena leuant?

De hirundinibus & alijs auibus.

**V**T linum pariat lini de semine semen.

Nutrit humus, sed aues tangit hirundo metu.

Hic ager, hoc semen nobis mala vincula minatur.

Vellite pro vestris semina sparsa malis.

Turba fugit sonitus, monitus variosq; timores

Arguit, exit humo semen, & herba vires.

Rursus hirundo monet instare pericula, ridens

Rursus aues; hominem placat hirundo sibi.

Dumq; viris habitans, cantu blanditur amico.

Nam præuisa minus ledere tela solent,

Iam metitur linum, iam fiunt retia; iam vir

Fallit aues; iam se conscia culpatauis.

Vtile consilium, qui spernit, inuile sumit.

Qui nimis est tutus, reia iure subit.

Liber primus finitur.

## LIBER SECVNDVS INCIPITVR.

De Gentibus volentibus Regem.

**F**abula nata sequi mores, & pingere vitam

Tangit, quod fugias, quodq; sequaris iter.

Rege carens nunc regis inops, sine rege nunc exlex,

Absq; iugo gessit Attica terra iugum.

## LIBER SECVNDVS.

Libertas errare negans se sponte coegit,

Et pudor ob legem fortior ense fuit,

Ne libitum faceret regem, plebs libera fecit,

Et quæ non potuit pellere, iussa tulit,

Rex coepit laniare truces, punire nocentes,

Quæq; leuanda leuās, quæq; premenda premens,

Hoc onerat nouitas ciues in lege nouella,

Quod leuiter possint, vix potuere pati.

Vrbem triste iugum querula ceruice ferentem

Aesopus tetigit consona verba mouens,

### De Ranis rege carentibus.

**C**VM nihil auderet ludentes lādere ranas,

Supplicauere, Ioui, ne sine rege forent,

Iuppiter huic voto risum dedit, ausa secundas

Rana preces subitum sensit in aëne sonum.

Nam Ioue dante trabem, trabis ictu flumine moto

Demersit subitus guttura rauca timor,

Placato rediere metu videre tigillum,

Stando procul, regem pertimere suum,

Vr nouere trabem per se non posse, moueri,

Pro duce fecerunt tertia vota Ioui,

Ira Iouem mouit, regem dedit, intulit hydram,

Hydrus hiante gula coepit adire lacum,

Clamitat ecce lacus, morimur, pie Iuppiter audi,

Iuppiter exaudi, Iuppiter affer opem.

Nos sepelit venter, nostri sumus esca tyranni.

Aufer cædis opus, rede quietis opes.

Ille refert, emptum longa prece ferte magistrum,

Vindicet æternus oia spreta metus.

Omne boni precium nimio vilescit in vsu.

Fitq; mali gustu dulcius omne bonum.

Si quis habet: quod habere decet, sit letus habendo:

Alterius non sit, qui suus esse potest.

### De Accipitre & columbis,

LIBER SECVNDVS.

**A**ccipitrem milui pulsurum bella columbae  
Accipiunt regem, rex magis hoste nocet.  
Incipiunt de rege queri, quod sanius esset  
Milui bella pati, quam sine Marte mori.  
**Q**uicquid agas, sapienter agas & respice finem,  
Ferre minora volo, ne grauiora feram.

De fure & cane.

**F**vre vacante canem praetenso munere panis.  
Spreto pane mouet talia verba canis.  
Ut fileam tua dona volunt, furtiq; laborant  
Esse locum, panem si fero, cuncta feres.  
Fert munus mea damna tuum, latet hamus in esca,  
Me priuare cibo: cogitat iste cibus.  
Non amo nocturnum panem plus pane diurno.  
Aduena plus noto non placet hostis hero.  
Non rapiet nox vna mihi bona mille dierum.  
Nolo semper egens esse, sem elq; satur.  
Latratu tua furta loquar, ni sponte recedas,  
Hic silet, ille manet, hic tonat, ille fugit,  
Si tibi quid detur, cur detur respice, si des,  
Cur des ipse nota, teq; gulose doma.

De fucula & lupo,

**V**lt lupo, vt pariat maturum fucula foetum:  
Seq; noui curam spondet habere gregis.  
Sus ait, hac cura careas, mihi nolo ministres,  
Horrent obsequium viscera nostra tuum.  
I procul, vt liceat mihi tutos fundere foetus,  
I procul, & pietas haec erit apta mihi,  
Pro natis natura iubet timuisse parentes,  
Fine dato verbis, hic abit, illa parit.  
Tempore non omni non omnibus omnia credas:  
Qui misere credit, creditur esse miser.

De terra pariente murem,

**T**erra tumet, tumor ille gemit; gemitusq; fatetur  
Partum, fere perit sexus vterq; metu.

## LIBER SECVNDVS.

Cum tumeat tellus, mōstrat se magna daturam.  
Horrent, & trepidant, & prope stare timent,  
In risum tumor ille redit, nam surgida murem  
Terra parit, iocus est, quod timor ante fuit.  
Sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur,  
Sæpe gerit vanos causa pusilla metus.

### De Agno & Lupo.

**C**VM grege barbato dum ludit iunior agnus,  
Tendit in hunc lupo dissona verba mouens,  
Cur olidam munda sequeris plus matre capellam?  
Lac tibi preberet dulcius ipsa parens,  
Est prope, festina, matrem pete, munere matris  
Lac bibe, nam seruat vbera plena tibi.  
Agnus ad hæc, pia capra mihi lac dulce propinat,  
Me vice matris alit, me vice matris amat.  
Nec mihi, sed domino prodest me viuere, viuo,  
Vt metat in tergo vellera multa meo,  
Ergo mihi prestat nutrirī lacte caprino.  
Quam lac matris habens mergar in ore tuo,  
Omnes vincit opes securam ducere vitam.  
Pauperius nihil est, quam miser vsus opum,  
Nil melius certo monitu, nil peius iniquo.  
Consiliū sequitur certa ruina malum,

### De viro & eius cane.

**A**Rmauit natura canem pede, dente iuuenta,  
Hinc leuis, hinc mordax, fortis & inde fuit,  
Tot bona furatur senium, nam robore priuat  
Corpus, dente, genas, & leuitate pedes.  
Hic leporem prendit, fauces lepus exit inermes,  
Illusum domini verberat ira canem,  
Reddit verba canis, dum me pia pertulit etas,  
Nulla meum potuit fallere præda pedem,  
Defendit senij culpam laus ampla iuuenta.  
Nunc mea vis cecidit, facta priora vigent,

FABVLARVM AESOPI.

Nullus amor durat; nisi fructus seruet amorem.

Quilibet est tanti, munera quanta facit.

Magnus erā, dum magna dedi; nunc marcidus annis

Vileo, de veteri mentio nulla bono.

Si laudas quod eram, quod sum culpae proteruum.

Si iuuenem recipis, pellere turpe senem;

Se misere sciat seruire, qui seruit iniquo,

Parcere subiectus nescit iniquus homo.

¶ De leporibus a sylua fugientibus.

Sylua tonat, fugiunt lepores, palus obuia venit,

Fit mora, respiciunt ante, retroq; timent.

Dum liberant in mente metus; se mergere pati;

Sic metuunt; ranas stagna subire vident,

Vnus ait, sperare licet; non sola timoris

Turba sumus, vano rana timore latet.

Spem decet amplecti, spes est via prima salutis.

Sæpe facit metui non metuenda metus.

Corporis est leuitas, & mentis inertia nobis.

Ista metus causam suggerit, illa fugam.

Sic metuat, quicumq; timet; ne mole timoris

Specareat grauis est spe fugiente timor.

Speret, qui metuit morituros viuere videns

Spe duce, victuros spe moriente mori.

De Hedulo & Lupo.

Capta cibum querens hedulum cōmendat ouile;

Hunc illi solida seruat ouile fera.

Natum cauta parens monitu præmunit amico;

Vt lateat, nec sit in sua damna vagus.

Hic lateat, ecce lupo mouet ostia voce caprina,

Exprimit, vt pateant ostia clausa perit.

Ast procul hedus ait; caprillas gutture falso;

Cum bene caprilles te procul esse volo.

Quod mea sis mater, n' entitur imago loquēdi

Rimula, qua videote, docet esse lupum.

LIBER SECVNDVS. IVBIA

Inscita natorum cordi doctrina parentum  
 Cum pariat fructum, spreta nocere solet.  
 De Rustico & Angue.

**R**ustica mensa diu nutritum nouerat anguem,  
 Humanam potuit anguis amare manum.  
 Gratia longa viri subito mutatur in iram,  
 Ira per anguineum dirigit arma caput.  
 Vulneris autor eget, se vulnere credit egenum,  
 Angui pro venia supplicat, anguis ait,  
 Non ero securus, cum sit tibi tanta securis,  
 Dum curis hæc memorat vulnere scripta sibi.  
 Qui me læst, item lædet (silædere possit.)  
 Expedit infido non iterare fidem,  
 Sed quia te piguit sceleris, scelus omne remitto,  
 Nam gemitus veniam vulnere cordis emit.  
 Qui primo nocuit, vult posse nocere secundo,  
 Quæ dedit infidus mella, venena puto.

De Ceruo & Oue.

**C**eruus oui præsentem lupo sic intonat, amplum  
 Vas tritici debes reddere, redde mihi,  
 Sic iubet esse lupus; paret timor ista iubenti,  
 Nanç die fixo debita spondet ouis,  
 Fit mora, ceruus ouem vexat pro foedere, ceruo  
 Inquit ouis, non stant foedera facta metu.  
 Me decuit cogente lupo quæcuncq; fateri,  
 Me decuit fraudem pellere fraude pari.  
 Cum timor in pacto sedet, promissa timore  
 Arent, nil fidei verba timoris habent.

De Musca & Caluo.

**M**usca premit caluū, muscæ vult ledere caluus,  
 Vt muscam feriat, se ferit, illa ridet,  
 Caluus ait, te parca iubet vicina iocari,  
 Si ferior rides, si feriare cades,  
 Sospes ero decies ictus, semel icta peribis,  
 Est mea prompta mihi gratia, surda tibi,

FABVLARVM AESOPI.

Iure potest lædillædens, vt lædat in illum

Vnde breuis cœpit læsio, magna redit.

De Vulpe & Ciconia.

**V**ulpe vocante venit, speratq; ciconia cœnam,

Fallit eam liquidus vulpe iocante cibus.

Cum bibit illa cibus, solum bibit illa dolorem,

Hic dolor in vulpem fabricat arma doli.

Sunt pauci mora parua dies, auis inquit, habemus

Fercula, quæ sapiunt, dulcis amica veni.

Hæc venit, hæc vase vitreo bona fercula condit.

Ac solam recipit formula vasis auem.

Laudat dapes oculis, vasis nitore, has negat ori

Formula, sic geminant visus odorq; famem,

Sic vulpes ieiuna redit, sic fallitur audens

Fallere, sic telo læditur illa suo.

Quæ tibi non faceres, alijs fecisse caueto.

Vulnera ne facias, quæ potes ipse pati.

De Lupo & capite superbo.

**C**um legit arua lupo, reperit caput arte superbū.

Hoc beat humanis ars præciosa genus.

Hoc lupo alterno voluit pede, verba resoluens,

O sine voce genas, o sine mente caput,

Fulcat, & extinguit cordis caligo nitorem

Corporis, est animi solus in ore nitore.

De Graculo & Pauone.

**G**raculus inuento picis pauonis amictu,

Se polit, & socias ferre superbit aues.

Quem fore pauonem pauonis penna fatetur,

Pauonum generi non timet ire comes.

Pauo dolum sentit, falsi pauonis honorem

Increpat, & domitam verberare nudat auem.

Nuda latet, sociosq; fugit, minuiq; pudorem

Sic putat, hunc diro corripit ore cemes.

Ascensor nimis nimium ruit, aptior imis

Est locus, hic leuis est; illa ruina grauis.

LIBER SECVNDVS.

Qui plus posse putat, sua quam natura ministrat,  
 Posse suum superans, se minus esse potest,  
 Si tibi nota satis naturæ meta fuisset;  
 Nec vilis, nec inops, nec sine veste fores,  
 Cui sua non sapiunt, alieni sedulu, s anceps,  
 Quod non est sapiens, desinit esse quod est.

De mula & mulione.

**M**Vla rapit cursum, nam mulam mulio cogit.  
 Mulae musca nocet vulnere, siue minis,  
 Cur pede sopito cursum tempusq; moraris:  
 Te premo, te pungo; pessima curre leuis.  
 Mula refert, quia magna sonas, vis magna videri.  
 Ne tua verba nocent, nec tua facta mihi.  
 Nec te sustineo, sed eum quem sustinet axis,  
 Qui mea frena tenet, qui mea terga ferit,  
 Audet in audacem timidus, fortiq; minatur,  
 Debilis audendi cum videt esse locum.

De Formica & Musca.

**M**Vsca mouens lites, formicam voce sagiteat.  
 Se titulis ornat turpiter ipsa suis:  
 Torpes merfa cauis, leuitas mihi queritur alis,  
 Dat tibi fossa domum, nobilis aula mihi,  
 Delicie sunt grana tua; me regia nutrit  
 Mensa, bibis fecem, sed bibo dulce merum,  
 Quod bibis a limo suggis, mihi suggerit aurum  
 Quod bibo, saxa premis, regia tecti apremo,  
 Aede, cibus, potu; thalamo cum regibus vtor.  
 Reginae teneris oscula figo genis.  
 Non minus vrentes mittit formica sagittas.  
 Et sua non modicum spicula fellis habent,  
 Ludo merfa cauis, nescit tua penna quietem  
 Sunt mihi pauca satis, sunt tibi multa parum.  
 Mellætam iubet esse cauis, te regia tristem,  
 Plus grana mihi placent, q̄ tibi regis opes,



FABVLARVM AESOPI.

Venatur mihi farra labor; tibi fercula furtum.  
 Hæc mihi pax mellit, toxicar illa timor.  
 Mundo farre fruor, tu fœdas omnia tactu.  
 Cum nullis noceam; cui liber ipsa nocess.  
 Est mea parcendi speculum, tua vita nocendi.  
 Sunt mea; que carpo, non nisi rapta voras.  
 Ut comedas viuis, comedo ne viuere cessem.  
 Me nihil infestat, te fugit omnis homo.  
 Vnde petis vitam, rapitur tibi vita palato.  
 Dulcia vina bibens, fel necis acre bibis.  
 Si negat ala tibi ventoso victa flabellò.  
 Aut nece vinceris, aut semiuia iaces.  
 Si potes estiui dono durare fauoris,  
 Cætera si parcunt, non tibi parcit hyems.  
 Dulcia pro dulci; pro turpi turpia reddi  
 Verbo solet, odium lingua fidemq; parit.

De lupo & vulpe.

**R**espondere lupo de furti fraude tenetur  
 Vulpes, ipse vocat, hic petit, illa negat.  
 Simius est iudex, docti non errat acumen  
 Iudicis, arcanum mentis in ore legit.  
 Iudicium fugito, pœcis: quod pœcere fraus est,  
 Visq; fidem de re, quam negat ipsa fides.  
 Tu bene furta negas, te vitæ purior vsus  
 Liberat hanc litem, pax domet, ira cadat.  
 Simplicitas veri fraus est, puerpera falsi  
 Esse solent vitæ dissona verba turæ.  
 Sordibus imbuti nequeunt dimittere sordes,  
 Fallere, qui didicit, fallere semper amat,

De homine & mustella.

**P**ræda viri prædo murum mustella precatur;  
 Da veniam, debes parcere, parce mihi.  
 Quod caret hoste domus, quod abest a sorde, fatetur  
 Esse meum, pro me te rogat, ergo faue.

LIBER TERTIVS

Servitio me redde tuo, mihi redde laboris  
 Præmia, prodono sit mea vita mihi,  
 Ille refert, operum debetur gratia menti,  
 Non operi: gratum mens bona reddit opus,  
 Nemo (licet profit) nisi vult prodesse meretur,  
 Nam prodesse potest, hostis obesse volens,  
 Cum mihi prodesse, mihi nil prodesse putabas,  
 Hostibus ipsa meis, & meus hostis eras.  
 Non mihi monstra necans, sed eras, tibi prouida solus,  
 Sic panem poteras rodere sola meum,  
 Pane meo pinguis, mihi da pinguedinis vsus,  
 Damno penso necem, digna perire, peris,  
 Nil honorat factum, nisi facit sola voluntas,  
 Non operis factum, sed notamentis opus.

De rana & boue.

**A** Equari vult rana boui, tumet ergo, tumentis  
 Natus ait, celsa, præ boue toto nihil.

Rana dolet, meliusq; tumet, præmit ille tumentem,

Vincere non poteris, victa crepare potes,

Fortius iratam vexat tumor, illa tumoris

Copia scindite eam, viscera rupta patent,

Cum maiore minor conferri desinat, & se

Consultat, & vires temperet ipse suas.

Libri secundi finis.

INCIPIIT LIBER TERTIVS.

De leone vulnerato.

**S**ollicitus prædæ currit leo, spina leonem,

Vulnerat, offendit in pede mersa pedes,

Fit mora decursu, leuitas improvida lapsu

Sæpe facit. leso stat pede turba pedum.

Vix egrū finit ire dolor, saniemq; fateitur

Maior idem loquitur vulneris ipse dolor,

Cum lædit miseris fortuna medetur eisdem,

Hoc est, cur medicum plagæ leonis habet,

FABVLARVM AESOPI, LII

Nam leo pastorem reperit, pastorq; leoni:  
 Pro dape tendit ouem, respicit ille dapem,  
 Supplicat, & tenso plagam pede monstrat, at ille,  
 Orat opem, pastor, vulnere soluit acur,  
 Exit cum sanie dolor, & res causa doloris  
 Hic blando medicam circuit ore manum,  
 Sospes abit, meritumq; notans in corde sigillat,  
 Tempore deleri gratia firma nequit,  
 Hic leo vincla subit romane gloria prædæ,  
 Hunc habet, & multas mulcet harena feras,  
 Ecce necis pœnam pastoris culpa propinat,  
 Clauditur in medijs, & datur esca feris,  
 Hunc leo presentit, petit hunc, timet ille, timentis  
 Hæc fera blanditur, sperat, abitq; timor,  
 Nil feritatis habens ludit fera, cauda resultat:  
 Dum fera mansuescit, se negat esse feram,  
 Hunc tenet, hunc lingit, pensatq; salute salutem,  
 Nulla sinit fieri vulnere, nulla facit,  
 Roma stupet, parciq; viro, parciq; leoni,  
 Hic redit in sylvas, & redit ille domum,  
 Non debet meritum turpis delere vetustas,  
 Accepti memores nos decet esse boni,

De leone & equo,

**T**ondet equus pratium, petit hunc leo: curaleonis  
 Hunc fouet, vt fiat esca leonis equus.  
 Inquit equo, mi frater aue, fruor arte medendi.  
 Et comes & medicus sum tibi, paret equus.  
 Sentit equus fraudes; & fraudi fraude resistit,  
 Mente prius texens retia fraudis, ait,  
 Quæsitus placidusq; venis, te temporis affert  
 Gratia, terogi at; pes mihi sente grauis,  
 Hic fauet, instat equo, subiecto vertice calcem  
 Imprint, & sopit membra leonis equus.  
 Vix fingit ille sopor, vix audet vita reuerti,  
 Vix leo colla mouens respicit, hostis abest.

LIBER TERTIVS. FABVLAE

Seip̄ leo damnat, patior pro crimine poenam,  
 Nam gessi speciem pacis, & hostis eram.  
 Quod non es, nec velis, quod es, esse fatere,  
 Est male, quod non est, qui negat, esse quod est.

De equo & asino.

**G**audet equus phaleris, freno sellaq; superbit.  
 Ista quidem vestit aureus armator.  
 Obstat a fellus equo, virus premit artus, a fellum  
 Vexat onus, tardat natus eundo labor.  
 Quod sibi claudit iter, sonipes in clamat a fello,  
 Occurris domino vilis a felle tuos.  
 Vix tibi do veniam de tanti crimine fastus,  
 Cui via danda fuit, libera dignuseram.  
 Supplicat ille nimis, transiq; silendo timorem,  
 Fit timor, surda preterit a ture minas.  
 Summus equi declinat honor, dum vincere tentat.  
 Vincitur, & cursum viscera rupta negant.  
 Priuatur phaleris, freno priuatur honesto,  
 Hunc premit assiduo rheda cruenta iugo.  
 Huic tergum macies acuit, labor vlcera armos  
 Hunc videt, inq; iocos audet a fellus iners.  
 Dic sonipes, vbi sella nitens: vbi nobile frenum?  
 Hæc tibi cur macies: cur fugit ille nitor?  
 Cur manet hic gemitus: cur illa superbia cessat?  
 Vindicat elatos iusta ruina gradus.  
 Stare diu nec vis, nec honor, nec forma, nec ætas  
 Sufficit in mundo. Plus tamen ista placent.  
 Viue diu, sed viue miser, sociosq; minores  
 Disce pati, risum det tua vita mihi.  
 Pennatis ne crede bonis, te nulla potestas  
 In miseros armet, nam miser esse potes.

De quadrupedibus & auibus.

**Q**uadrupes pugnant auibus, victoria nutat,  
 Spes onerata metu vexat vtrunq; gregem.

FABVLARVM ÆESOPÏ.

Linqvit aues, quæ sumit auis de vespere nomen,  
 Ne timet oppositi castra subire gregis,  
 Armata aues aquilæ virtus, & viribus implet,  
 Et magno torpet altera turba metu,  
 Amplexatur aues vniis victoria lætis,  
 Pro titulo pœnam transfuga sumit auis,  
 Vellerenuda suo pro pulmis vulnera sumit,  
 Ediumq; subito, ne nisi nocte volet,  
 Non bonus est ciuis, qui præfert ciuibus hostem,  
 Vtiliter seruit nemo duobus heris.

De philomena & accipitre.

**D**Vm philomena sedet, studiũ mouet oris amœ-  
 Sic sibi, sic nido visa placere suo. (ni:  
 Impetit accipiter nidum, pro pignore mater  
 Supplicat, alter ait, plus prece carnem amo.  
 Nec prece, nec precio, sed amœno flectere cantu  
 Me potes, ille silet, dulcius illa canit.  
 Mente gemit, licet ore canat, mens eius arefcit,  
 Cuius mellifluum manat ab ore melos,  
 Impia fatur auis, sordet modus iste canoris,  
 Et laniat natum matre vidente sumi,  
 Mater obit, nec obire potest, sed viuut, vt ipsam  
 Vincat, vita necem plus nece cladis habens,  
 Cor patitur matris, plus nati corpore corpus.  
 Rodit auis rostro, cor fodit ense dolor,  
 Vestigat sua pœna scelus, nam fraudibus vfo  
 Aucupe: fraudosam viscus inefcat auem,  
 Fine malo claudis, mala, vita meretur iniquus,  
 Qua capit infontes, sed dolet arte capi,

De lupo & vulpe.

**D**itat preda lupum, ducit lupus ocia longa,  
 Fausto cibo vulpes inuidet, ista mouet,  
 Frater aue, miror cum tanto tempore mecum  
 Non fueris, nequeo non memor esse tui.

LIBER TERTIVS. FABR.

Ille refert, pro me vigilat tua cura precaris,  
 Numina non cesses, ne mea vita ruat.  
 Fraude tamen munita venis, falsoq; venenum  
 Melle tegis, dolor est copia nostra tibi.  
 Et torquere paras aliquid, furtumq; minaris.  
 Sed mea furtivam respuit esca gulam.  
 Spretam redit, spretam stimulat dolor, apta dolori  
 Fraus subit, ad pecudum transuolat ipsa ducem.  
 Hūc monet his verbis, tua gratia numinis instat  
 Sit mihi, nanq; lupum dat mea cura tibi.  
 Hostem pede tuum, tuus iacet hostis in antro.  
 Vir fauet, antra petis, hic necat esse lupum.  
 Ista lupi consumit opes, sed floret ad horam.  
 Vita nocens, vulpes casse retenta gemit.  
 Cui nocuit, nocet ecce mihi, nocuisse neciūo  
 Iure cado, cuius concidit arte lupus,  
 Vivere de raptō, vitam rapit, invidus instans  
 Alterius damnis in sua damna ruit.

De ceruo & canibus.

**F**ons nitet argento similis, sitis arida ceruini  
 Huc rapit, haurit aquas, se speculatur aquis,  
 Hunc beat, hunc mulcet ramosa gloria frontis,  
 Hunc præmit, hunc lædit tibia macra pedum.  
 Ecce canes, tonat ira canum, timet ille, timentis  
 Fit fuga, culpam crucis adorat opem,  
 Sylvæ claustra subit, cornu retinente morantur  
 Crura, nec hunc captum cornua longa negant.  
 Spernere qđ proffit, vel amare quod oblit inepit est,  
 Quod prodest fugimus, & quod amamus obest.

De viro & vxore.

**C**um vir & vxor amant, vxorem priuat amato  
 Parca viro, nec eam priuat amere viri,  
 Coniugis amplectens tumulum pro coniuge vexat  
 Vngue genas, oculos fletibus, ora sono.

FABVLARVM AESOPI, I. I.

Hanc iuuat ipse dolor, nequit hac de sede recessi  
 Grandine, seu tenebris, seu præce, seu minis  
 Ecce reum damnat iudex, crux horrida punit,  
 In cruce custodit tempore noctis eques,  
 Hic litit, ad tumulum vocat hunc, & clamor & ignis,  
 Orat aque munus, hæc dat, & ipse bibit,  
 Aegrum nectareis audet cor tangere verbis,  
 Hunc vocat ad primum cura salutis opus,  
 Sed redit, & dulces monitus intexit amato  
 Cordi, vita subit claustra doloris amor,  
 Vir metuens furem capi, suspendia furis  
 Visit, sed viduam tactus amore perit,  
 Hanc ligat amplexu, fructumq; ligurit amoris,  
 Hic redit ad furem, sed loca fure carent,  
 Hic dolet, hic queritur, dolor instigat amicam,  
 Non bene seruato fure timore premor,  
 Rex mihi seruandum dederat, me regius entis  
 Terret, & extorrem me iubet esse timor,  
 Hæc ait, inueni spem, que tibi suscitet artem,  
 Vir meus implebit in cruce furis onus,  
 Ipsa viri bustum referat, pro fure catenat  
 Ipsa virum, restem subligat ipsa viro,  
 Huic merito succumbit eques, succumbit amor,  
 Illa nouo, ligat hos firmus amore thorus,  
 Sola præmit viuos poënaq; metusq; sepultos  
 Fœmina fœmineum non bene finit opus;

De iuvene & Thaide.

**A**RTē sua Thais iuuenis irretit, amorem  
 Fingit, & ex ficto fructus amore venit,  
 A multis fert multa precis, ex omnibus vnum  
 Eligit, huic veri spondet amoris opes,  
 Sum tua, siq; meus; cupio plus omnibus vnum,  
 Te volo, sed nolo munus habere tuum,  
 Percipit ille dolos, & dedit qualia sumpsit,  
 Sis mea, sumq; tuus, nos decet equus amor.

LIBER TERTIVS.

Viuere non vellem, nisi mecum viuere velles,  
 Tu mihi sola salus, tu mihi sola quies.  
 Sed fallit, timeo, quia me tua lingua fefellit.  
 Preteriti ratio scire futura facit.  
 Vita apis taxum, quam gustu saepe probauit.  
 Fallere vult hodie, si qua fefellit heri.  
 Thaida si quis amat sua, ne se credat amari,  
 Thais amore caret, manus amantis amat.

De patre & eius filio.

**E**st pater, est genitus, hic patri credere nescit,  
 Nam facienda fugit, & fugienda facit.  
 Mens vaga discurret, & menti consonat etas.  
 Mentis & gratis turbine frena fugit.  
 Ira senis seruos pro nati crimine punit,  
 Instruit ista senem fabula nata sequi.  
 Cauta bouem manus vitulumq; suppenit aratro.  
 Hic subit, ille iugum pellit, arator ait,  
 Gaude, lætus ara tu, quem domat vsus arandi.  
 A boue maiori disceat arare minor.  
 Non placet, vt sudes, sed des exempla minori,  
 Qui pede, qui cornu pugnat abire iugo.  
 Sic domat indomitū domito boue cautus arator,  
 Sic veterem sequitur iunior ille bouem.  
 Proficit exempli merito cautela docendi,  
 Maiorq; sua credat in arte minor.

De vipera & lima.

**V**ipera fabrilem dapis anxia tendit in ædem.  
 Incipit hæc limam rodere, lima loqui,  
 Nescis posse meum, quæ sis mea gloria nescis,  
 Dente meo pateris, non ego dente tuo,  
 In tenuem forti ferrum molo dente farinam.  
 Et cadit attritu dura farina meo.  
 Ferrea mordaci castigo tubera morsu.  
 Aspera plano, seco longa, foranda foro.



FABVLARVM AESOPI.

Deliras igitur cum dente minaris inermi,  
 Rideo si ferior, vulnera ferre genis.  
 Fortem fortis amet, nam fortem fortior agit.  
 Maiori timeat obuius ire minor.

De lupis & ouibus.

**P**Vgna lupis opponit oues, ouiumq; satelles  
 Est canis, est veruex, hac ope fidit ouis,  
 Palma diu dormit, desperat turba luporum,  
 Et simulans lupo fallere tentat ouem.  
 Fœdus vtrinq; fides iurato numine fulsit,  
 Id lupo, id simplex obside firmat ouis.  
 Datq; lupis male sane canis, recipitq; luporum  
 Pignora, non metuit, nec sua damna videt.  
 Dum natura iubet nates vlulare lupinos,  
 Turba lupina furit, fœdera rupta querens  
 Ergo pecus tutoris egens in viscera mergit  
 Præsede nuda suo, sic trucidatur ouis,  
 Tutorem retinere suum, tutissima res est,  
 Nam si tutor abest, hostis obesse potest.

De securi & nemore.

**Q**Vo teneatur eget, nil ausa secare securis:  
 Armata eam lucus, vir rogat, ille fauet,  
 Vir nemus impugnat, lassans in cæde securi.  
 Arboris omne genus vna ruina trahit.  
 Lucus ait pereo, mihi met sum causa periculi,  
 Me necat ex dono rustica dextra meo.  
 Vnde perire queas, hostem munire caueo,  
 Quid dat, quo pereat, quem iuuat, hoste petit.

De cane & lupo.

**C**Vm cane sylua lupū sociat, lupus inquit, amoena,  
 Pelle nites, in te copia sancta patet,  
 Pro verbis dat verba canis, me dicit herilis  
 Gratia, cum domino me cibatur ipse domus,  
 Nocte vigil fures latrat nuncio, tutam  
 Seruo domum, mihi dat cumulus æde thorum.

## LIBER TERTIVS.

Hæc mouet ore lupus, cupio me viuere tecum;  
 Communem vt capiant oria nostræ cibum,  
 Verba canis reddit, cupio te viuere mecum.  
 Vna dabit nobis mensa manusq; cibum.  
 Ille fauet, sequiturq; canem, gutturq; caninum  
 Respicit, & quærit, cur cecidere pilis?  
 Inquit, ne valeam morsu peccare diurno,  
 Vincula diurna fero, nocte iubente vagor.  
 Reddit verba lupus, non est mihi copia tanti,  
 Vt fieri seruus ventris amore velim.  
 Ditiior est liber mendicus, diuitem seruo:  
 Seruus habet nec se, nec sua liber habet.  
 Libertas prædulce bonum, bona cætera condit;  
 Quam nisi conditur, nil sapit esca mihi.  
 Libertas animi cibus est, & vera voluptas.  
 Qua qui diues erit, ditiior esse nequit.  
 Nollo velle meum pro turpi vendere lucro.  
 Has qui vendit opes, hoc agit, vt sit inops.  
 Non bene pro toto libertas venditur auro,  
 Hoc cæleste bonum præterit orbis opes.

### De ventre, & pedibus, & manibus,

**I**nsciant auidi pes, & manus otia ventris,  
 Omnia solus habes luca labore carens,  
 Nos labor edomuit, te fouit inertia, sorbes  
 Omnia; quæ nostræ cura laboris emit.  
 Disce pati famis acre iugum, vel disce labori  
 Credere, seq; tui cura laboris alat.  
 Sic ventri seruire negant, se venter inanem  
 Comperit, orat opem, nil dat auara manus.  
 Ille preces iterat, iterum fugit illa precantem.  
 In stomachi fundo torperet, abiteq; calor.  
 Vicia fame natura fugit, vix arida fauces  
 Obserat, vt solitum non sinat ire cibum.  
 Vult epulas dare fera manus, sed corporis egri  
 Perdita non reparans, machina tota perit.

## L'IBER TERTIVS,

Nemo sibi factis est, eget omnis amicus amico.

Si non vis alijs parcere, parce tibi.

De simia & vulpe.

**S**imia de turpi queritur nato, porrigit aurem

Vulpes, nec recipit mente, sed aure preces.

Simia sic fatur, natis vt mihi dedecus ornet,

Sufficeret caudæ pars mihi parua tuæ.

Quid prodest nimia campos insculpere cauda?

Quod mihi prodesset, est tibi pondus iners

Illæ refert nimio damnas de pondere caudam,

Est breuis atq; leuis, hæc duo damna queror.

Malo verrat humum, quam sit tibi causa decoris.

Quam tangant immundas res bene munda nates.

Id minimum minimoque minus ditaret egenum.

Quod minimum minimo credis auare minus.

De mercatore & asino.

**D**vm fora festinus lucro petit, instat a seffo

Institor: & pressum pondere fuste præmit,

Ille necem sperat, nece promittente quietem,

Sed nece completa viuere pœna potest.

Tympana nam facit & cribella pellis aselli.

Hinc lassatur, & hinc pulsa tonante manu.

Cui sua vita nocet; caueat sibi rumpere vitam,

Non nece, sed meriti iure quiescit homo.

De ceruo bobus & canibus.

**M**otus voce canum ceruus fugit, auia syluæ;

Deserit arua, tenet claustra, bouina subis

Bos ait, aut luci tenebras, aut equora campi

Tutius intrares, hic piger, inde leuis.

Nunc veniet custos bouum, stabulique magister;

Si duo, vel tantum te videt alter, obis;

Ceruus ait, mihi vestra necem clementia demat;

Condite melatebris, vt iuuet umbra fugam,

Hunc tumulat scœnum, præsepe reuisitator,

Frondebis & scœno munit, alitque boues.

LIBER TERTIVS.

Hic abit, & ceruus vitasse pericula gaudet,  
 Bobus agit grates, ex quibus vnus ait.  
 Est leue vitare cecum, si venerit argus.  
 Argum si poteris fallere, tutus eris.  
 Centum fert oculos, cui se debere fatentur,  
 Et domus, & serui, totaq; iura loci.  
 Res tua te reperit argum, res altera cecum.  
 Qui tibi dormitat, scit vigilare sibi.  
 Hic latet, argus adest, pabulum bobusq; ministrat,  
 Plus æquo tenues viderat esse boues.  
 Dum munit præsepe cibo, dū fulgurat ira  
 Ausa videre diem cornua longa patent.  
 Quid latet hic? quid (ait) video; sentitq; latente,  
 Et bona fortunæ munera lætus habet.  
 Exulis est non esse suum, vigilare potentis.  
 Stertere seruorum, velle iuuare pij.

De Iudæo & pincerna regis.

**F**ert iudæus opes, sed onus fert pectore maius.  
 Intus adurit, eum cura, laborq; foris.  
 Ergo metu damni sibi inuere regis amorem  
 Firmat, vt accepto produce tutus eat.  
 Hunc regis pincerna regit, cor eius adurit  
 Auri dira sitis, & parat ense scelus,  
 Sylua patet, subeunt iudæus in ore sequentis  
 Cor notat, i, sequar, i prior, ille negat,  
 Sed gladium nudans nemo sciet, inquit, obito,  
 Ille refert, scelus hoc ista loquetur auis,  
 Profilit ex dumo perdix, hanc indice signans,  
 Altera ait, scelus hoc ista loquetur auis.  
 Et rapit ense caput, & opes metit, & scrobe funus  
 Celat, agit celeres annus in orbe rotas.  
 Perdices dominicœnæ pincerna ministrat,  
 Ridet, & a risu vix vacat ille suo.  
 Rex audire sinit, hic differt dicere causam,  
 Fit locus, ambo sedent, hic petit, ille refert,

FABVLARVM AESOPI.

Rex dolet, & læto mentitur gaudia risu,  
 Vocat consiliũ, consiliũ m̄q; sedet,  
 Pincernam crucis esse reum sententiã damnat,  
 Crux perimit meritum, iure fauente cruci.  
 Vt perimas quemquam, nullum tibi suadeat aurum,  
 Nam decus & vitam mœsta ruina rapit.

De Ciue & Equite.

**C**ius eques sub rege viget, hic prelia regis,  
 Hic dispensat opes, hic vir, & ille senex.  
 Inuidiã perflata genis innata doloris,  
 Flammi fax iuuenem torret honore senis,  
 Regis in aure truces figit de ciue furros,  
 Est tibi non pastor, sed lupo ille senex,  
 Ditant furta senem, furtis sua copia creuit,  
 Est sua de censu gaza recisa tuo.  
 Firmabo mea verba manu, sua furta fateri  
 Hunc faciam, bello iudice verus ero,  
 Cum moueant obiecta senem plus debilis aetas  
 Hunc mouet, & senij crimine visus hebes,  
 Parcunt iura seni, si pro sene pugnet amicus,  
 Cur sibi nullus honor fœnoris arma præbet,  
 Mendicat pugilem, sed abest, qui pugnet amicus,  
 Nanq; fugit viso turbine falsus amor,  
 Dum fortuna tonat, fugitiuos terret amicos,  
 Et quis amet, quis non, sola procella docet,  
 Cœna trahit ciuem, differt nox vna duellum,  
 Sollicitat mentem iusta querela senis,  
 Quos meritis emi multos mihi fecit amicos  
 Longa dies, cunctos abstulit hora breuis,  
 De tot amicorum populo non restitit vnus:  
 Quamq; dedi multis nemo repensat opem,  
 Rebar pace frui, mea paci congruit aetas,  
 Sed mea turbauit gaudia liuor edax,  
 Hosti multa meo palmam pepigere tepesco,  
 Ille caler, careo viribus, ille viget.

LIBER TERTIVS. FABVLAS

**Arma parum noui, se totum præbuit armis.**  
 Est mihi visus hebes, visus acutus ei.  
**Nil mihi spondet opem, nisi iustæ gratia causæ.**  
 De fragili quæritur præside causa potens.  
**Corporis eclipsim timet alii copia cordis.**  
 Nam fragili peccat mens, animosa manu.  
**Si turpes nitidæ mendax infamia vitæ**  
 Infigit maculas, quid nituisse iuuat.  
**Desperat, lugetq; senex, hunc lenit arator.**  
 Qui senis arua nouat, annua lucra ferens,  
**Me stimulat pietas p te præferre duellum.**  
 Est mihi pro domino dextra parata meo.  
**Ecce dies oritur, locus est tempusq; duelli.**  
 Stant pugiles, ineunt prælia mente manu.  
**Est equiti fœdũ qd̄ stet, qd̄ pugnet arator.**  
 Seq; putat victum, ni cito vincat eum.  
**De se nihil retinet virtus oblita futuri.**  
 Dextraque corporeas prodiga fundit opes.  
**Ictus ipse suos steriles expandit in vsus.**  
 Et feriens hostem se magis hoste ferit.  
**Sed propriæ virtutis opes abscondit arator.**  
 Dum locus expensæ detur & hora suæ.  
**Aut metu fallit: aut armis temperat ictus.**  
 Præciditq; minas frontis vtrunq; subar.  
**Dormitans vigilat, & cessans cogitat ictus.**  
 Et metuens audet dextra, notatq; locum.  
**Hæc mora nõ artis ratio, sed culpa timoris.**  
 Creditur, arte fruens esse videtur iners.  
**Gaudet eques vicisse putans, spernitq; bubulcum.**  
 Sudoremq; suum tergit ab ore suo.  
**Ecce moram nescit equitem speculata morantem.**  
 Et cubiti modum rustica claua terit.  
**Huius plaga loci totius corporis aufert**  
 Robur, cedit eques, seq; cadente sedet.  
**O noua simplicitas, sedet ipse, vocatq; sedentem.**  
 Et nisi surgat eques, surgere velle negat.

FABVLARVM AESOPI.

Surge bubulcus ait, cui miles surgere nolo,  
Alter ait, sedeas, meq; sedere licet,  
Turba stupet, præfectus adest, equitiq; moranti  
Imperat, ut surgat, aut superatus eat.  
Hæret eques, præfectus ait te vicit arator.  
Fugna cadit, regi panditur ordo rei.  
Rex ait, incisum nolo præfecte duellum,  
Dedecus explanet iste, vel ipse suum.  
Pugna redit, milesq; sedet, velut ante sedebat.  
Surge bubulcus ait, non volo dixit eques,  
Cultor ait, dum stare negas; ego stare negabo.  
Surgere si tentes, surgere præceptus ero.  
Ambo sedent, ridet populus, præfessq; bubulco  
Intonat, aut pugna, vel fuge tempus abit,  
Cultor ait, surgat, cadet si surgere velit,  
Percute præses ait, percute; surgat eques,  
Te decet aut illum victi sibi ponere nomen,  
Hoc mihi non ponam nomen, arator ait.  
Surge, surge miser, nam turpe ferire sedentem  
Est mihi, sicq; tibi turpe sedendo mori,  
Sic ait, & timido vultu rogat ille furem  
Parce precor, vincor, supplico, victor abi,  
Lata nouat fortuna senem, senis vnicus hæres  
Scribitur, & dignas intrat arator opes,  
Ius superat vires, fors aspera monstrat amicum,  
Plus confert odio gratia fraude fides,  
Sine fruor versu gemino, quid cogitet omnis  
Fabula, declarat, datq; quid intus habet,

Fabularum Aesopi finis.

PETRI AEGIDII ANTVERPIANI:

Endecasyllabon.



Visquis noscere fabulas iocosas  
Aesopi cupis, hunc nouum libellum  
Limatum, nitidum, eruditulumq;  
Exili tibi compara moneta.  
Quo nec tersior est, venustiorq;  
Nec iucundior est, facetiorue,

Seu purum inspicias stilum latinum,

Seu tu bestiolas legas loquentes,

Quin & sensiculis scatens amoenis.

Vt vita instituenda cuiq; monstrat.

Hunc me barbarus ore Zoileo

Pinset, deprimet, atq; lancinabit

Hunc, vel religiosuli probabunt.

Qui fracti piceo caput cucullo

Ipsis sunt Cynicis seueriores.

Nullos quippe docet, feros amores,

Vel, quæ lædere testulam iuuenta

Possent, illecebras licentiores.

Sed quid plura moror: libellus iste

Prorsus nobilis, elegans, latinus,

Horarum est simul omnium libellus.

FINIS

APVD INCLYTAM GRANA

TAM. MENSE FEBRVA

RIO. M. D. LIII.

